vel iniuste fuisset excõicatus vel non fuisset in mora petēdi. hec ille. ¶ Decimo excõicatus ē ab officio ꝛ beneficio suspensus. ūde nec ligare nec absoluere potest. xxiiii. q. i. Audiuimus. Nec potest beneficiū conferre extra de conces. prebend. tanta. tamen tam diu ꝗ̄ diu tollerat̄ valet quod fit ab eo/ ut si prouideret alicui ecclesie vel confirmaret alicuius electionē. argu. viii. q. iiii. nonne/ nisi forte esset notoriū. Dicit Ric. in quarto dis. xviii/ ꝙ si omnes act9 legittimi quos aliqui exercent/ dum eorum excõicatio latet/ essent irriti et inanes iudicandi/ postꝗ̄ eorum excõicatio esset detecta. multi de statu suo essent incerti/ quia aliqui sunt prelati/ aliqui habentes plura beneficia ecclesiastica/ qui a latenter excõicato fuerunt absoluti/ ꝛ sic dura videtur hec sñia. hec ille. ¶ Et iō aliorū sñia mitior ꝛ rationabilior/ qui dicunt/ ꝙ ī tali casu eoꝝ absolutiones ꝛ beneficioꝝ collationes tenent/ ꝗ̄uis eorum excõmunicatio postea fuerit detecta extra de excep. exceptionē ī glo. Arg. de iure patronatus. Consultationibus. ¶ Undecimo. ex excõicato est īterdictus omnis actus legittimus. Unde nec iudicare potest/ nec accusare/ nec testificari. xi. q. iii. pag. euidēter. ꝛ si unus de iudicibus ferētib9 sñiam sit excõicatus non valet sñia. si simul cum excõicato ꝓnunciant. io. de lig. extra de sen ꝛ re iud. ad probandum/ et dicit Petrus de palu. in quarto. hoc esse verum. si sunt excõicati publice. de sñia ꝛ re iud. ad probādum. quia facta ꝛ iudicata per occulte excõicatum valent. Un ꝛ in spiritualibus nō valet quod fit ab excõicato de appel. cōstitutus. ꝛ tamen ꝗ̄diu tollerant̄ prelati/ ꝛ si sunt oculte excõicati valet quod fit ab eis. octaua cā q. iiii. nonne/ Unde si contulit beneficium/ vel confirmauerit electionem tenet/ ꝛ similiter si absoluit ī foro conscīe. hec ille/ cū quo concordat Ric. ut ī pag. precedenti. ¶ Constitutiones et ꝛ sñie facte vel late ab eo vel de mandato eius/ irrite sunt ipso iure/ ꝛ nunꝗ̄ valebūt. extra de emun. ecclesie. aduersus/ io. de lig. tamē dicit/ ꝙ valet iudiciū coram iudice excõicato habituꝫ nisi sit publice excõicatus/

12 ¶ Duodecimo excõicatus nō pōt cōstitui procurator. extra de ꝓbationibus. post cessionem. nec etiam potest constituere procuratorem. quin īmo/ si qua communitas aliquē procuratorē cōstituit. ꝛ ipse excõicatus īter cōstituentes sit/ ut rector/ vel principalis. et expressus/ vel eius auctoritate factus ē procurator/ vel si ipsa cõitas sciendo ipsum talē tamen eum procuratorē fecisset/ non valet/ extra de procu. c. fi.

Si tam̄ excõicatus sit reus bñ
potest in iudicio se defendere.
et ad hoc procuratorē constituere
extra. de iudic. intelleximus.
¶ Secus autē si sit alias fector. ut
si reus conueniat uel reconueni
at. extra de probationibus. post
cessionem. ¶ Tredecio excõmu- 13
nicatio absoluit a iuramento fi
delitatis. xv. q. vi. Nos sancto
rum. et c. iuratos. io. de lig.
¶ Unde siquis debet alicui ī cer
to termino. et interī ipe creditor
excõicatur. secundum bartoluz
brixen. et io. de lign. non debet
debitor ei soluere. dum perseue
rat in excõicatione. Sed ut dic
io. an. deponat debitum in edez
sacram. ut postea creditori abso
luto detur. Jo. tamē et Hugu.
dicunt contrarium scilz qd debz
soluere. ¶ Decimoquarto excõ 14
municatus matrimoniū contra
here non potest. contractū tamē
tenet. io. de lig. Si tamē contra
hit tenet. licet peccet mortaliter
Et reddere etiaz debitum debet.
exigere etiaz non puto esse mor
tale. ¶ Quidecio item excõica 15
tus non potest ordinare. nec or
dinari quo ad executionez. etiaz
si ignoret. Unde ordīati ab epō
excõicato etiaz ignoranter indi
gent dispensatione quo ad execu
tionem ordinis. de eo qui renū
ciat. c. ultimo. Similiter qui ex
cõicatur publice siue ignoret uel
siue factum. ordinatus non sus
cipit executionez. de sen. ex. cuz
illorum. hec pe. de palu. ī quar
to. Dicit etiam idez pe. qd epūs
occulte excõicatus. non minus
confert ordinando. qz publicus.
quia utrobiqz caracterez. nõ ex
ecutionem. lz in altero casu dis
pensetur faciliter. propter proba
bilem ignorantiaz. Non sic aūt
in sacramento penitētie. quia si
occulte excõicatus absoluit. tenz
absolutio. et ratio diuersitatis ē
fm eum. quia causa uniuoca cõ
mūicat formā suam fm moduz
quem habet. et quia ī conferen
dis ordinibus se habet epūs ut
causa quodāmodo uniuoca. non
potest conferre executionez. qū
eam non habet. Sed in collatõe
penitētie se habet sacerdos ut e
quiuocum instrumētuz ī confe
rendo gratiam. etiā si non habz
Et ideo ualet absolutõ. ¶ Sede 16
cimo. excõicatus non potest ad
ministrare spiritualia uel tempo
ralia. Ualet tamē contractus fa
ctus per eum nomīe ecclesie. ut
nomīe proprio. io. de lig. subdi
ti tenentur ei obedirē. donec p
ecclesiam sic tolleratur. viii. q.
quarta. nonne. io. de ligna.
¶ Decimoseptimo non ualent lit
17 tere impetrate per excõicatum.
nec astrīgi quis potest pacto ta
cito uel expresso cõicare excõica
to. nisi in casibus a iure permis
sis. Nec post absolutionem uti
potest litteris pendente excõica
tione impetratis. post litem con
testatam opponi potest exceptõ

excōicationis repulso excōicato ab agendo / currit contra eū prescriptio / si est in mora petēdi absolutionez / ipse prescribit / nec dabitur restitutio excōicato / si prescriptum sit. io. de lig. ¶ Decimooctauo. excōicatus sic decedens non debet ī ecclesia uel loco sacro sepeliri / nec potest oblatio ꝓ eo suscipi / nec publica orō pro eo fieri / sicut nec pro ipso uiuo. ⁊ nisi apparuerint ī eo añ mortem signa contritionis / quia tunc absoluetur post mortem / ⁊ omnia predicta poterunt fieri ꝓ eo. xxiiii. q. ii. sane / secreta tñ oratione orari pōt pro excōicatis. Pe. de peru. ¶ Decīonono 18

Cadauer excōicati non facit locum religiosum / ut cadauer fidelis non excōicati. secūdū io. de lig. ⁊ sepultus ī cimiterio si discerni potest debet exhumari concludatur / ergo cum excōicatio inferat tot damna / merito dicit Augustin. xi. q. iii. nihil sic debet formidare cristianus. q̄ʒ seperari a corpore cristi / Si quis autem in eam incidit q̄ʒ citius querat absolutionē / de qua modo agendum est 19

De absolutioñ ab excōicatioñ maiori quādo et a quo fieri dʒ

Absoluere potest / ab excōicatione maiori lata a iure. regulariter epūs suos subditos / ⁊ exempti prelati sibi subiectos. / nisi papa sibi reseruasset absoloʒ eius / extra de sen. ex. nuper / uel etiam capituluʒ / seu ille ad queʒ epālis iurisdictio pertinet. sede uacante / extra de maio. ⁊ obed. caº i. liº. viº / ⁊ idem de sñia iuris. A sñia uero homīs / non potest absolui quis / nisi a ferente ipsam / uel a successore eius / nisi ille esset mortuus. uel āmotus. xi. q. iii. si epūs / uel a superiore eius / si tamen haberet omnē iurisdictionez ⁊ plenam sup ipsuʒ excōicatum. sicut ⁊ ipse qui tulit / sicut si sacerdos parochialis ex cōsuetudīe loci excōicat parrochianum suum / q̄uis non deceat epm̄. absoluere illum / sacerdote irrequisito / tamen potest. ⁊ si absoluit absolutus est / ⁊ sic si absoluit prouincialis ordinis mendicantiū / quem ligauit prior conuentualis / Secus autē si absolueret archiepūs / quē excōicauit suffraganeus eius / non eniʒ hoc potest / nisi ī casu / ut si fuit appellatū ad eum / ⁊ tunc potest uocatis tamē ptibus / ⁊ cognito de appellatione / alias non ualet absolutio / extra de ap. Romāa liº. viº. Uel in articulo mortis. Tunc enim quilibet / a quolibet sacerdote potest absolui / a q̄cunqʒ sñia excōicationis / etiaʒ pape / reseruata cū modificatione tam quam habes in primo caº huius operis / Epūs extra suam diocesim absoluere non potest ab his que requirunt cause cognitionē qa nec ibi sedere pōt ꝓ tribunali

ix. q. ii. epum nec etiaz legatus extra terminos sue legationis. Episcopi tamen expulsi possunt exercere suam iurisdictionez in aliena diocesi. Si papa mandat alicui qp aliquez excoicet comittedo ei cause cognitione, poterit et illum absoluere. dis. xxi. inferior. Sed si mandet ei tantu qp excomunicet, cuz ipse diffinierit negocium non poterit absoluere. Cum per papam confirmatur aliqua snia excoicationis lata p inferiorem, si hoc simpliciter fit et sine cause cognitione, poterit ipse inferior qui tulit sniam absoluere. Si vero fuisset confirmata ex certa scia. et quasi cum cause cognitione. non poterit absolui sine madato pape, nisi esset certum per falsi suggestionem fuisse impetrata. extra de cofir. utili vel inuti. c. ii. Absoluto ab excoicatione ex falsa causa. Sm innoc. et host. no tenz. quia iudex non intendit sic absoluere puta si absoluendus dicat se satisfecisse. vel iniuriaz remissam cum non sit veru. vel absolutio siue iusta siue iniusta tenet quo ad ecclesiam militantem. argu. extra de re iudi. omnes. et dis. l. ponderet. Absolui quis pot ab epo illius diocesis i qua moratur a snia canonis quam icurrit in alia diocesi. siue canon sit de iure coi siue de iure sinodali. nisi pape reseruetur casus. Sed a snia hominis non pot absolui nisi ab excoicatore. vel ab eius successore in officio. vel supiore Ricar. in quarto. Et hoc nisi periculo mortis. vel iusto impedimento detentus. ne possit in breui accedere ad excoicatorem tunc enim potest absolui cum iniunctione ut se presentet qp citius comode poterit ei qui debeat absoluere sublato impedimeto. unde de hoc supra. c. lii. Absolui potest quis inuitus ab excoicatione, sicut et iiuitus excoicatur imo manente contumacia pot quis districte remittere excoicationem iuste latam. si videat saluti eius expedire. Tho. i quarto. di. xviii. Sed Ricard. in quarto. dis. eadem concedit hoc de snia homis. sed de snia iuris dicit qp absolui non potest inuitus. allegat. xxiiii. q. ii. nec qsquaz. argu. ad hoc extra. de off deleg. cum contingat. Absolui debet excoicatus qui offert se ad iusticiaz non obstante appellatione partis aduerse. debet tn recipi ante absolutione sufficies cautio ab illo qp iuri parebit ex de appel. qua frote. Si excomunicatus dicat causam excoicationis fuisse dubiaz vel nullaz vel falsaz. et petit absolui ad cautelam. absoluetur cuz iuratoria cautione. nisi excoicator. vel is pro quo lata est snia probauerit de causa infra octo dies. extra. eo. de sente. ex. solet. li°. vi°. Excoicator cognoscens errorem

inuit⁹

ſiue excōicationis debet reuoca
re ſiue abſoluere. non obſtante
appellatiōe aduerſarii. ſ3 ſi du
bitet de errore poteſt abſoluere
recepta cautione ꝙ iuri pareat.
extra de ſen. ex. ſacro. ¶ Liga-
tus pluribꝰ ſniis uel una ex di
uerſis cauſis. ſi uere uult abſol-
ui debet exprimere omnē ſnīaʒ
⁊ cauſaʒ. ⁊ ſic una abſolutō ſuf
ficiet ad plures excōicationes
tollendas. alˀs non tenet abſolu
tio quia per ſurreptionem eſſet
obtenta. extra. de ſen. ex. officii
Cum quis dubitet ſe eſſe excom
municatum. ſi ſuper hoc habet
conſcientiā ſcrupuloſam nimis.
deponat eam ad conſilium boni
uiri. quam ſi nolit. uel nō poſſit
eaʒ deponere. uel habeat de hᵒ
probabileʒ opinionē faciat ſe ab-
ſolui ad cautelaʒ. extra de ſen.
ex. Inquiſitione. ¶ Abſolutio
autē ab excōicatiōe ſecūdū gui.
eſt duplex. Una pertinens ad fo
rum contētioſuʒ. ⁊ hec cōmitti
poteſt clericis non ſacerdotibus
imo etiā ſecūdū Ugonē ⁊ laicis
ex delegatione pape tantū. Alia
eſt que pertinet ad forum peni-
tētiale. que fit cum oratione et
pſalmo. extra de ſen. ex. a nobiſ
in fi. ⁊ hec non debet nec poteſt
cōmitti. niſi ſacerdotibus. niſi
forte a papa hoc fiat. Sed pe-
tr. de peru. ⁊ io. uidentur perfectiꝰ
circa hoc dicere. dicūt enī ſup
dicta decretali ꝙ quilibet ſupe-
rior etiam non ſacerdos qui hēt

poteſtatē excōicādi. habet ⁊ po-
teſtateʒ abſoluendi. quātum ad re
ſtituendum cōioni hominū. et
reddendum illum abilem ad ac-
tus legittimos. ⁊ quātuʒ ad tol
lendum culpam ratione crimīs
uel contumacie contracte. requi
ritur abſolutō ſacerdotalis. hec
predicti. ¶ In abſolutione autē
ipſa a maiori excōicatione. qua
tuor obſeruanda ſunt. ſᵐ hoſti
in ſumma. ¶ Primū eſt ut excō
mūicatus in omni caſu antequā
abſoluatur. iuret ſtare mādatis
eccleſie. ⁊ quāuis hoſtien. dixerit
hoc eſſe de ſubſtantia abſolutō-
nis. contrarium tamen teneret.
Unde ſi obmittatᵘʳ quod fieri nō
debet. tenet nihilominꝰ abſolu
tio. extra eo. cum deſider. goff
ber. ⁊ gui. Et idem etiā ſi iuret
predictus parere mandato ipſiuſ
qui ſuſcipit iuramentum. ¶ De
pueris auteʒ. an debeant iurare
relinquitur arbitrio epī. Et dīc
Ric. in quarto. ꝙ aliqui dicūt
ꝙ pro leui iniectione non debet
exigi iuramentū propter pericu
lum periurii. Alii ꝙ hoc eſt ob
ſeruandum in abſolutōne cuiuſ
cunq3 qui incidit in canonē. hec
Ricar. Sed hugu. dicit. ꝙ de
bet exigi pro horrēdis crimībꝰ
ut incendiariis. falſatoribus. et
huiuſmōi. nō autē pro quibuſſ3
mortalibus. contra que lata ēet
ſnīa. ⁊ iſtud uidetur ſatis equū
Secūdum eſt ut ſi excōicatus ē
pro notoria offenſa in aliquē nō

absoluatur. nisi prius sufficiens
emenda prestetur pro cõtumacia
aũt ⁊ pro offensa dubia sufficit
iuratoria cautio. extra de uerb.
signifi. ex parte. s. ubi nulle ex-
pense petuntur. sed ubi expense
vel satisfactio damni petuntur.
non debet absolui. nisi prius sa
tisfecerit. si potest. Si aũt emẽ
daz prestare nõ põt. debet absol
ui recepta ab eo idonea cautõne
ꝙ satisfaciat si ad pinguiorẽ for
tunam peruenerit. ¶ Et dicitur
Cautio idonea
idonea pignoraticia uel fideiussõ
ria. extra de solutio. odardus. ⁊
si illam prestare non potest saltẽ
prestet iuratoriam. Absolutio
autem neganda non est. xxvi. q
sexta. si presbiter. Talis quoque
ad petitionem aduersarii tenetũ
cedere bonis. ut dicit gui. Uerũ
⁊ si istud secũduz non seruetur.
tenet tamen absolutio. sed pecat
qui sic absoluit. secũdũ gui.
¶ Tertium quod seruari debet est
ut absoluatur per eum qui tulit
sñiam. uel per superiorez suum
uel aliuz cui cõmiserit cũ psalº
orationibus. ⁊ uerberibus. Psal
mo scilz Miserere. uel alio peni
tentiali. sm gui. Oratione. uide
licet. Deus cui proprium. ⁊c. sz
ubi in ipã oratiõe dici cõsueuit
quez delictorũ cathena constrin-
git. loco huius dicitur. ⁊ hunc
quem excõicationis cathena con
stringit. premittitur autez post
psalmũ cũ gloria. chirieł. xpeł.
pater nr̃. Saluuz me fac. Uers.
Nihil proficiet. esto ei do.
Domine exaudi. ⁊ dominus uo-
biscum. Post autẽ ipsam orõ
nem predictaz deus cui propriũ
dicenduz est. Auctoritate omni
potentis dei. ⁊ beatorũ aposto-
lorũ petri ⁊ pauli ⁊ ecclesie san-
cte sue. ⁊ nostra. vel mihi cõmis
sa. absoluo te a tali sñia uel ab
excõicatione quaz incurristi pro
pter talem ⁊ talem causam ⁊ re
stituo te comunioni ⁊ participa
tioni ecclesie ⁊ omniũ fidelium
⁊ ecclesiasticis sacramẽtis. extra
eo. a nobis. secundo uerberabit
eum absoluens excõicatũ uirgis
uel corrigiis nudas habentem
scapulas. dum dicit omnia pre-
dicta. ista tamẽ sunt ad bene esse
⁊ non de substantia absolutiõis
Quartum est ut postmodũ ab
soluens faciat illi mãdata iusta
⁊ ratiõabilia. alias appellare pos
set. extra de pactis. c. fin. ¶ Erit
autez mandatuz rationabile sibi
factum. si ipsi excõicato iniũgitũ
principaliter ꝙ contra illum ca-
nonem nunquã ueniat. ut incen
diario ꝙ non ĩcendat. percutiẽti
clericum ꝙ nõ percutiat. ⁊ simi
lia. xxiii. q. ultĩa. pessimã. Aliũ
etiaz requirit cautio ut de cete
ro talia nõ faciat. extra de sen.
ex. grauez. Si autẽ apparet sen
tentia iniusta nullum mandatuz
fiat absoluto. Et nota ꝙ prop
ter uiolentam manuũ iniectionẽ
in clericum uel religiosum fieri
solet satisfactio pecuniaria que

de defuncto excommunicato

applicatur monasterio. si percussus est religiosus. Sed si esset clericus secularis sibi applicaretur. nisi in contumeliam ecclesie fuisset percussus. quia tunc ecclesie. cum ipsa possit agere iniuriam. secundum goff. et host. Defunctus autem excommunicatus et sepultus in loco sacro cum absolvitur non exhumatur. sed sepulcrum eius verberatur. ut fit circa vivos. de sen. ex. a nobis. Regularis autem cum verberat regularem. vel alius incidit in sententiam excommunicationis a iure prolatam. nec apostolice sedi reservatam. absolvetur a suo prelato. Si tamen percussisset regularem alterius religionis. tunc abbas vel prelatus percussi verberabit ipsum absolvendum. quod erit loco satisfactionis. sed iuramentum accipiet et absolvet prius abbas. conventus tamen fit totum per unum ex commissione alterius. extra de off. ord. c. fi. Si autem percussit clericum secularem. absolvetur per episcopum. extra. de sen. ex. religioso. li. vi. In casu autem quod regularis excommunicatus non haberet prelatum qui esset sacerdos vel si esset defunctus ipse prelatus vel excommunicatus. ad diocesanum recurrendum est secundum host. quod gui. intelligit tam de exemptis quam de non exemptis. et nota quod quamvis absolutio ab excommunicatione regulariter debeat fieri cum modo declarato in superiori pag. xiiii quando commode potest. tamen et si non servetur predicta forma. etiam sine causa rationabili ipsam dimittendo. simplici nudo verbo potest fieri ipsa absolutio. ut si dicat solum. Absolvo te ab excommunicatione. vel rebenedico te. vel quodcunque aliud tale intendens per illud absolvere. extra de re. iu. omnis res. d. l. ponderet. et hoc secundum Raim. gui. io. et fere omnes doc. licet host. dicat contrarium. Unde et btus Tho. in tractatu de forma absolutionis dicit quod absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis. sed magis consequens iudiciariam iurisdictionem et ideo ipsa verba habent efficaciam ab intentione dicentis. ubi non refert quibuscunque verbis utatur ad exprimendum suam intentionem Similiter et Ricar. in quarto dicit quod sufficiant verba quecunque significantia remotionem excommunicationis Idem in substantia dicunt Anthonius de bu. et pe. de peru. et addunt quod cum excommunicatio feratur pro peccato mortali. ideo talis indiget absolutione sacerdotali et sacramentali ratione peccati. quilibet enim tenetur confiteri de omni mortali. sed ante hanc absolutionem sacramentalem admittitur ad participationem fidelium. sed non eucharistie. nisi confessus de illo mortali. Item nota quod si de facto quis absolvit aliquem ab excommunicatione de qua non potest cum postea advertit debet si potest certificare eum de errore suo. s.

declarando quomodo eū nō po
tuit absoluere. ⁊ consulere ꝙ ī-
petret absolutionem. ⁊ interim
se habere ad illum ac si non ab-
soluisset. gui. ¶ Item nota ꝙ si
epūs cōmittat alicui absolutiōz
ab omni excōicatione. nō propt
hoc poterit absoluere illum ex-
cōicatum ab eo cuius absolutōz
non cōmisisset in speciali. Forte
quia erat excōicatus propt dā-
num illatum epō. uel aliquid
huiusmodi. extra de re. iu. ī ge
nerali li°. vi°. ¶ Itez nota ꝙ ab
solutio non debet fieri sub cōdi
tione. puta si satisfecit uel satis
fecerit. Nam taliter absolutus
non esset simpliciter absolutus.
extra de req. iu. actus. li°. vi°.
Magister etiaz ordinis ⁊ prouī
cialis ⁊ conuentualis ⁊ eoruz ui
carii in prouinciis conuentibus
⁊ locis sibi cōmissis p̄dictis fra-
tribus constitutis ibidem necnō
⁊ aliis fratribus eiusdē ordinis
interdum ad eos declinantibus
undecunqz absolutione indigen-
tibus siue priusꝙ intrauerint or
dinem siue post ī casibus exces
serint. quibus excōicationis sen
tentiam incurrerunt. absolutōis
beneficiuz ualeant impertiri. nisi
adeo esset enormis excessus ꝙ
merito esset apostolica sedes cō
sulenda. Alexander. gḡ. ⁊ boni
facius in priuilegio. uirtute con
spicuos. quod dicitur mare ma
gnum. Predicti prelati possunt
a suis ꝯfessoribus illas absolōs
ab excōicatione ⁊ dispensatione
super irregularitates recipere.
quas ipsi possunt suis subditis
impartiri. Bonifacius in predic
to priuilegio. uirtute. ¶ Itē ma
gister ordinis prouinciales prio
res ⁊ eorum uicarii eos qui or
dinem nostrum ingredi uolunt.
absoluere possunt scdm formā ca
nonicam. a sniā excōicationis.
interdicti. ⁊ suspensionis. a iure
uel a iudice generaliter promul
gata. ⁊ sic eos in fratres suscipe
si etiam post susceptum habitū
recoluerīt se fuisse talibus sniīs
innodatos possunt eis absolutio
nis beneficium impartiri. nisi
adeo enormis ⁊c. Ubi supra.
Bonifacius. Uirtute.

Secunda species excōicatōis
dicit minor excōio. hec aūt
incurritur participando cum ex
cōicatis maiori in casu nō con
cesso. Unde Fabian9 papa. Si
cut apostoli statuerūt dicentes
cum excōicatis cōicandū nō esse
xi. q. iii. glo. pau. statuit. cum
uidelz dicit. i. corinth. v. siquis
frater. i. fidelis nominatur aua-
rus ⁊c. i. per sniam excōicatur
propter aliquod uicium. excōi-
cationem enim appellauit nomi
nationem. ut exponit Augu. ii.
q. i. multi. Et subdit apl'us ibi.
cuz hoc scilz excōicato nec cibū
sumere debetis. Ioannes etiam
euangelista dicit ī scdā canōica

ca°. i°. ait. Siquis non auffert hanc doctrinaz. s. fidei recte, nolite eum recipere in domo, nec ei dixeritis aue. &c. & loquitur de hereticis qui sunt excommunicati. Quod & ipse ostẽdit exemplo, ut patet. xxiiii. q. i. oĩs. Ad idem isidorus ait, cum excommunicato neqz orare nz loqui nisi q̃ ad eandẽ excõmunicationem pertinent, neqz uesci licet. Siquis palaz aut absconse secũ fuerit locutus, cõmunẽ statz cũ eo excõicationis contrahet penã. xi. q. iii. cũ excõicato. glo. statim. est ergo casus late sñie scz q̃ incurrit minorẽ excõicationẽ talis. & sic ẽ ibi similitudo seu communitas in genere. Ad idem facit precedens & sequẽs capl'm.

Pro horũ maiori declaratione ẽ sciẽdum q̃ quadrupliciter qs potest participare cum excõicatis. primo quidez in eodem crimine propter quod quis est excõicatus. s. dando ei consilium. auxilium uel fauorem & per talem participationez incidit in eã dez sñiam, ut declaratum est s̃ in capitulo. Secũdo ĩ crimĩe mortali participando, sed nõ in illo propter quod est excõicatus, & propter talez participationem mortaliter peccat, sed non incurrit maiorez excõicationẽ, sz minorem. Tertio participatur cuz excõicato in diuinis, & propter talem p̃ticipationez peccat mortaliter. qñ sciẽter hoc agit. & si ius ignoret, & precipue si est talis conditionis q̃ scire potuit & debuit huiusmodi participationis prohibitionẽ non tamẽ est excõmũicatus maiori, sz minori. nec est irregularis, sed uicinus irregularitati. Nam est interdictus ingressus ecclesie, si uidelicet admittit ad diuina officia publice excõicatos, seu ecclesiastica sacramenta, aut ad sepulturaz, donec de transgressione huiusmõi satisfecerit competẽter, ad arbitrium eius cuius sñiam cõtempsit. extra de priuil. episcoporum. li°. vi. Et si postquã ẽ ei interdictus ingressus ecclesie, ingerat se diuinis ĩ suo officio. sicut pri9 irregularis efficitur. & sic uidetur intelligendum de clericis secularibus & regularibus. sed & si se pelleret publice excommũicatuz eet excõmũicatus, ut supra dictum est. Si autẽ talis participatio fieret per metum, ut quia tirannus cogit per metum mortis sacerdotez celebrare. & si culpa attenuetur per talem metũ. non tamen simplr̃ excusat, ß'm hosti. sed ß'm gui. & hugu. metus qui cadit in constantez uirũ excusaret in hmõi. Quarto. participatio cum excõicatis fit. non in crimĩe. sed ĩ aliis actib9 humane conuersationis, ut loquendo. comedendo. salutando. & huiusmodi in casu non concessis, & per hoc efficitur excõicat9 minori, & si pertinaciter, & cõtra

probibitionē supioris cōicaret ī predictis minori excōicatus etiā posset excōicari maiori. Nota tamen ꝙ dicta sniā excōicatiōis scilꝫ maioris lata contra participantes cum excōicatis in loquela ⁊ huiusmōi. non tenetur. nisi premissa esset trina admonitio. uel una pro tribus. ⁊ nisi exprimantur ipsi admonēdi nomīatī extra eo. statutum. li°. vi°.

Nota tamen ꝙ propter predictā participationem licet quidaꝫ ut Rai. dixerint incurri peccatuꝫ mortale. tamen Tho. ī quarto. di. xviii. dicit ꝙ probabilius ē quod alii dicunt. s. non esse mortale. nisi in quatuor casibus. Primo. s. participando ī crimīe Secundo participando in diuīs Tertio in ꝯtemptu ecclesiastice discipline. Quarto ꝯtra probibitionem preceptoriam supioris Idem pe. ⁊ abbas. Archi. ii. q. iii. sicut. ⁊ sic ītelligiť illud. c. Sicut apli. s. ꝙ cū quis per ꝯtēptum participat. tunc potest exꝯmūicari. quia mortaliter tunc peccat. Idem. Jo. an. ⁊ Jo. de lig. ⁊ Ri. in quarto. Qui ergo participat cū exꝯmunicato maiori in diuinis. s. cum eo dicendo officium uel ministrando ei sacramēta. uel audiēdo missaꝫ cum eo. ẜm omnes peccat mortaliter ut dr̄ in quodam scripto super quarto. quod uerum est ẜm ea que sunt in corpore iuris sed hodie secus per extrauagātē

Martini. v. quam habes supra c. ultimo de maiori exꝯīone. ibi uide. Nota ꝙ participans cū exꝯīcato minori. nō incurrit exꝯīonem aliquam uel pecatum. ⁊ h° est quod ꝯmuniter dicitur ꝙ exꝯmunicatio. s. maior non transit in tertiam personam. xi q. tertia. quoniaꝫ multos. ī quo quidem ca°. gregor. subtrahit a ꝯmuni exꝯmūicatione mīori. ꝙ plures drn̄tias personaruꝫ ꝯmunicantes excōmunicatis maiori Que tamē omnes ꝯprehendūt in isto Uersu. s. Utile. lex. humile. res ignorata. necesse. Hec anathema facit ne possit obesse Utile id est propter utilitatē exꝯmunicati. uel etiam participantis. Lex idest propter legeꝫ matrimonii. Humile id est propť subiectionem naturalem. uel aliquam seruitutem ut in filiis seruis ⁊ huiusmodi. Res ignorata id est quādo nescitur quis ē exꝯmunicatus. ignorantia. s. facti Necesse idest propter necessitatē exꝯmunicati. uel participantis. Uide tamē clarius de quolibet horum in sequentibus pag̃.

Primo quideꝫ excusat particip ātem cum exꝯmunicatis ut non incurratur minor exꝯmunica°. Utilitas. que potest esse duplex Una quidem ipsius excōicati. ut cū quis loquitur ei de his q̄ pertinent ad absolutioneꝫ procurandam. uel etiam alias ad salutem anime. licet alia incidenter

interponat ut magis proficiat. Unde et ad predicationē admittitur. extra eo. responso. et per hunc etiam modum predicatores qui apud excōicatos in predicationibus et cōfessionibus quasi gerūt causas eorum. qui ab ipsis expoliati fuerunt. elemosinas licite possunt accipere ab ipsis excōicatis, presertim si alias in locis illis non ualent sustentationem habere. extra eo. cum uoluntate et etiam secundum hosti. extra casum necessitatis. dum sperant probabiliter de proficiendo eis. Secūda utilitas pōt esse ex parte participantis ī temporalibus uel in spiritualibus. et in temporalibus quidem ut cum petit ab excōicato quod ei debet dare. ut in dicto ca°. si uere. Unde si nolit dare poterit in iudicio conueniri. alias ex delicto suo cōmodū reportaret. extra. de iudi. intelleximus In spiritualibus autē licite pōt loqui de salute anime sue petendo consilium si est necessitas. et non posset habere recursum ad alium secundum guil. ¶ Secundo excusat lex matrimonii in huiusmōi participatione. cum distinctione tamen. nam aut excōicatio est lata etiam in alterum propter matrimonium illicite contractum, et tūc neuter potest cum altero participare. aut excōi° est lata propter aliud delictum. et tunc in participatione quo ad redditionem debiti uterque excusatur.

In aliis uero excusatur mulier participando cum uiro excōicato sic non excusatur uir participando cum uxore excōicata. ex eo quod cum sit caput eius debeat eā cogere ut faciat se absoluere. argumē. vii. q. i. sicut. hoc sRai. et goff. Si autem uir uocaret excōicatum ad mensam, credit guil quod non possit uxor comedere cum uiro ad illam mensam. sed bene in eadem domo. in alia mensa. ita remota quod possit dici quod non comedunt simul. Et de bonis quidem cōmūnibus aut de his que daret mariti sui nomīe excōicati. secundum gui. nō debent accipi elemosinaliter. nisi scilicet ī necessitate sed de bonis propriis si dat uel si concessum ei fuisset a marito excōicato. ut de bonis omnibus daret ipsa nomine proprio. pōt accipi. ¶ Idem de familia excōmūnicati quo ad elemosinas dandas. ¶ Tertio excusat humilitas subiectionis uel seruitutis. et primo quidem filii. qui sunt in patria potestate uel etiam mancipati, qui sunt cōmensales patri et ab eo recipiunt necessaria excusantur participando cū patre excōicato dūmodo nō ī crimīe Alii autē filii nō excusant secundum gui. Secūdo excusant monachi participando cum abbate excōicato. secundum guil. qui sunt quasi familia eius. Tertiō excusantur clerici participando cum suo epō excōicato. illi .s. qui sunt eius

officio deputati. sicut ⁊ alii ser
uientes. Alii uero clerici non.
xciii. di. miratus. ſm hosti.
Quarto excusantur serui ⁊ an
cille. scilz seruilis condicionis.
Quinto excusantur rustici ser-
uientes et alii subiecti. qui non
sunt adeo curiales ut eorum cō
silio scelera perpetrentur. xi. q.
tertia. quoniā multos. Cuz di
stinctione tamen. ſm guil. quia
si tales persone ante excōicatiōz
domī seu patroni obligauerūt
se seruituti. ⁊ seruitium intraue
runt. postea sciūt de excōicatōe
non tenentur discedere. Si aūt
post excōicationem intrauerūt
in seruitium. si tūc ignorauerūt
excōicationem non tenētur dis-
cedere. Sed si sciuerunt tenētur
discedere. nisi necessitas eos cō-
pulisset ꝙ fierent de familia eiꝰ
⁊ quod dicitur de rusticis itel
lige qui coluut terraz domīoꝝ
suorum. ⁊ hoc etiam extenditur
ſm guil. ad illos qui dicuntur
mediatorii ⁊ qui propter cultu-
ram recipiunt certam portionez
fructuum. nam ⁊ possunt cōica
re quātū oportet propt̄ culturā
⁊ huiusmodi rationem. Idem
intelligendum est de nutriciis.
⁊ similibus. qui si a domīo re-
cederent non haberēt unde uiue
rent. arg. extra eo. Si uere. ibi
etiaz in dicta decretali excusan
tur. qui cum nautis excōicatis
conueniunt de transferendo con
tra sarracenos. Sexto excusant
patres ⁊ domini participādo cū
filiis aut seruis excōicatis. non
quidem simplr̄. sed ſm Tho. in
quarto dis. xviii. in his in qbꝰ
sunt obligati. quia sicut inferio
res obligantur ad obsequiuz su
periorum. ita superiores ad pro
uidentiaz inferiorum. Rai. tam̄
⁊ guil. goff. ⁊ hosti. dicunt. ꝙ
tutius est tenere ꝙ non excusan
tur tales quia tenebant eos cor-
rigere. arg. xxvii. q. i. de filia
Quod uidet̄ quādo ex defectu
ipsoruz. quia . s . non correxerūt
inciderunt in sn̄iam. uel perma
nent in ea. Sed ubi per eos non
stetit. ⁊ instant ut querant abso
lutionem. habz locū quod dicit
Tho. ¶ Septīo ſm host. seruis
mercenariis pn̄t cōicare condu-
ctores eorum. ubi sine magno ī-
comodo eorum. eos uitare non
possunt. Et idem de sociis haben
tibus aliquid cōmune. alias aūt
non possunt cōicare. concordat
ber. ¶ Octauo armiger uel ser-
uiens militi ſm gui. excusatur
cōicando ei. non autē cōicando
cum excōicatis cum quibus do
minus suus cōicat. ¶ Nono ua
salli cum teneantur reddere tri
buta pensionis suis dominis ex
cōicatis. non peccant eis cōican
do. licet soluant in propria per-
sona. ſm guil. Notauit tn̄ hug
de huiusmodi uasallis. qui cuz
absoluti obsequio fidelitatis ꝙ
diu eoruz dominus ē excōicatꝰ
debēt ab eo abstinere. xv. q. vi.

nos sanctorū. ¶ Decimo excu-
sat huiusmodi participationem
res ignorata, ut dicit guil. idest
ignorantia facti probabilis. ſm
guil. extra de cle. ex. ministrā.
apostolice. Sed ignorātia iuris
non excusat: nisi eos quibus lic3
ius ignorare, ut sunt pueri non-
dum dolicapaces. dicitur autem
quis ignorare factum, ut quia nō
constat ei ꝙ ille fecit tale quid
puta ꝙ clericum verberavit, qa
nec ipse vidit, nec ē fama ita pu
blica ꝙ omnīo debeat credi, naz
si ab adversario audiet, vel levi
fama non debet sibi de hoc for-
mare conscientiam. xi. q. iii. nō
solum. Si vero est publica fama
vel auditur a fidedignis, ꝙ ali-
quis sit publice excōicatus, vel
quia notorie aliquid fecit propt
quod incidit ī excōicationem, dēt
evitare, et inquirere veritatem, si
non plene scit, et interim eum evi
tare et in occulto et ī publico do
nec fuerit certificatus. ſm Ray.
Item si audivi aliquem excōica-
tum publicari parisius, quē post
ea invenio bononie, licet quidam
dixerint ꝙ debet evitari ubique
tamen ſm guil potest benignius
dici. s. ꝙ si possunt facere proba
re excōionem puta per testem et
instrumenta. teneor vitare. alias
non nisi in illa diocesi. Item si
audivi aliquem excōicari, vel vi
di incidere in factum damnatū
per excōicationem, et exinde non
vidi eum nisi post annum. ſm

guil. si ille ē talis homo ꝙ cre-
datur esse timoratus, et qui tūc
servabat excōicationē, modo nō
servat. possum credere eum abso
lutum. Si vero nō est talis dēo
eum evitare. Si occultum est oc
culte. vi. q. ii. si tantum. et c. se
quenti. Si manifestum publice
nisi constet mihi de absolutiōne
¶ Item si prelatus vel sacerdos di
cat mihi ꝙ vidit parrochianum
suum aliquid facientem propter
quod incidit in excōicatōem, non
est autē illud publicum, sive cre
dam sive nō credam illud nō te
neor illum vitare quantum scilicet ad
vitandū minorem excōicationem.
et multo minus vitare non tene
or si dicat mihi alius ſm guil.
No. Si tamē prelatus epūs vel alius
diceret mihi de suo subdito ꝙ
esset excōicatus denūciādo mihi
sniam et casus est talis de quo
solet fieri excōicatio, debeo cre
dere et illum vitare. Si autem
dicat cōi locutione nō teneor.
¶ Item si audivi ab ipso excōica
to de sua excōicatione et hoc in
confessione ſm gui. non teneor
vitare. idē hosti. Si vero extra
confessionē ſm omnes debeo eū
vitare sed in occulto solum, nisi
sit publice excōicatus. ¶ Item si
scio habitu aliquem esse excōica
tum, actu autem non adverto et
sic ei cōico subito ſm guil. non
incido in excōicationē, nec peco
item si dubitatur de excōicatiōe
aliquorū, et dubitatio talis pcedit

sniam iudicum. puta quia nōdū est declaratum per iudicum con sensum. non sunt uitādi. si post concordem iudicum determina tionez adhuc ambiguum sit. ma gis standū est sniē iudicū. ꝛ illi sunt uitandi. ꝭm Tho. in quolz Quinto excusat necessitas tam excōicati ꝙ participantis. Unde peregrini uiatores. ꝛ similes ī necessitate constituti. licite pnt recipere ab excōicatis. ꝭm īnoc ꝛ hosti. xi. q. iii. qm̄ multos. Similiter excōicatis potest ali quid dari causa humanitatis. ꝭm guil. ī sustentatōnē. quādo scilz indigent. nec est expectanda ultīa necessitas. et si excōicat9 petat hospicium. nō tenetur ex pectare. donec ab omnibus sit aliis repulsus. intelligitur tantū quo ad necessaria uite. secus si peteret alia utensilia ut fossoriū uel securim. ꝛ huiusmōi. Item si uocatur quis a iudicibus ex cōicatis sub quorū iurisdictiōe est. ut stet iuri. uidetur cas9 ne cessitatis. ꝛ similiter si coraz eis conueniunt iniuriatores suos. ꝭm guil.

peregrini uiatores

Extra predictos casus prohi betur in iure. xi. q. iii. cuz excōicato. ꝛ sequentibus. parti cipare cū excōicatis in hiis que in isto uersu continentur. Os. Orare. Vale. cōmunio. Mensa negatur. alias minor excōicatio

in q̄bz p̄hi bet participa

incurrit. Primo quidem non debet participare cuz excōicatis maiori ī locutione. ubi nota ꝭz guil. ꝙ familiaritas. uel pudor uel scandali timor. non excusat participantē cū talibus in locu tione. uel alias in casu non con cesso. Item non licet litteras excōicati recipere. uł ei mittere uel nuncios. uel litteras. nisi in casu quo licerz ei loqui. secūdū gui. ꝛ Ugu. Itē si munꝰ reci pit ab eo sciēter. q̄uis nō debue rit recipere. tamē non tenet red dere. sed debz ex consilio paupe ribus erogare. uel excōicato re mittat ad sui ruborem. ꝭz guil Secundo nō debet participare in salutādo. alias qui salutat ex cōicationez minore incurrit. idē si resalutat salutantez. Sed si as surgat. uel reuerentiam exhibe at quis excōicato. aut inclinet se salutāti. aut moueat labia quasi resalutans eum. tamē non dicat ꝭm guil. non incurrit excōionez cum pene sint restringende. de pe. di. i. pag. pene. Item cuz ei scribitur non est salutandus. sed loco salutationis dicendum spiritū consilii sanioris. Si aūt salutatur. potest responderi de9 emendet uos ꝛ huiusmōi. Tertio prohibet orare cum excōica tis. Unde si excōicatus intrat ecclesiam ꝛ ibi se firmat. alii te nentur exire. uel procurare ꝙ ex eat. si manifestum est eū esse ex cōicatum. ꝭm Rai. xi. q. iii.

Sicut apostoli. Si vero est occultum tunc illi qui sciunt, exibunt secrete et caute, ita quod non sequatur manifestatio eius si possunt, alias non exibunt. vi. q. ii. si tantum. Occulte enim excommunicatus occulte debet moneri ut exeat. Si autem excommunicatus sit in ecclesia non causa orandi, sed pro alio negocio non video quare in eadem ecclesia orare non possim. ut ait innocentius. Circa officium vero misse nota secundum Rai. quod si excommunicatus intrat ecclesiam iam missa incepta, si occulta est eius excommunicatio non debet sacerdos dimittere missam vii. q. i. nihil. Si vero est manifesta moneat eum publice ut exeat. Si vero non vult exire, nec commode potest ipsum facere expellere, et sacerdos nondum inchoavit canonem, debet dimittere. Argumentum. xxiiii. q. i. omnes qui. Si vero priusquam ille ecclesiam intret. vel priusquam sacerdos eum videret, iam canonem inchoavit, debet sacerdos procedere in officio simul cum eo qui assistit ei tantum. Alii enim omnes debent exire ecclesiam, si excommunicatus non exit ipse de quo communiter scitur. ita tamen quod finito canone. et sumpto sacramento, antequam dicatur post communionem, moneat illum quod exeat. de conse. dis. ii. relatum. concord. hosti. et goff. quod si non vult exire potest eum sacerdos eicere, etiam si clericus sit. et si non potest eici in sacristiam rediens dicat communionem et post communionem que restabant. item secundum Tho. in quarto. dis. xviii. potest pro excommunicatis orari, quamvis non inter orationes que pro membris ecclesie fiunt, et tamen fructum non participant quamdiu in excommunicatione manent, sed oratur ut detur eis spiritus penitentie ut ab excommunicatione solvantur.

Quarto prohibetur participare cum excommunicato in mensa, sed si hospitatus sum in aliqua domo ad mensam, et superveniat et ingerat se excommunicatus, secundum gui. si est publice excommunicatus surgere teneor, non obstante cuiuscumque scandalo. Si vero est excommunicatus occultus, et non possum sine eius nota. non teneor surgere. Item superveniente publice excommunicato non teneor exire de domo. immo etiam et si scirem aliquem publice excommunicatum receptum esse in aliqua domo possum ibi hospitari. Si tante capacitatis sit locus quod possim eius communionem vitare. Nam licet mihi cum excommunicato in eadem camera comedere, sed non in eadem mensa. Similiter nec in eodem lecto iacere, quod si veniam invitatus ad aliquod festum vel convivium et invenio ibi aliquem excommunicatum publice teneor recedere, neque debeo ibi epulari, licet sedeat ad aliam mensam, quia omnes tales convenientes ad festum vel convivium simul invicem communicare dicendi sunt. gui. Item si quis amico suo excommunicato venienti comedere

ad domū suā ꝯmittit ei domū
⁊ claues ut ꝑmittit eū ꝯmedere
sepati ī domo sua si hᵒ faciat ī
fraudē ut sic eū n̄ offēdat sȝ fa-
uorem eius acquirat īcurrit mi
noreȝ excommūicationē. Si aūt
facit. quia timet ne forte uiȝ ille
inferret non incurrit. ¶ Item si
facit hoc causa humanitatis qa
si putat eum indigere hospicio.
uel alimento ⁊ de hoc facit pro
testationē. non incurrit. gui.
¶ Quinto prohibetur cuȝ excom
municatis haberi ꝯmunio. sciȝ.
in aliis etiaȝ actibus hūane con
uersationis. ⁊ precipue actibus
legittimis. Unde non debet qs
facere aliquē ꝯtractū cū excom
mūicatis tenet tamē contract9
initus cum talibus si ipse con-
trahens non obligat se ad com-
municandum cū exconmūicatis
ut si quis uēdat ⁊ tradat reȝ ex
cōicato ⁊ statim preciū recipiet
Si uero obligat se ad cōicanduȝ
cū excōicato in casu non conces
so non tenet contractus ut si ꝓ
mittat. uel etiam iurat ꝙ uēdat
ei aliquid uel locabit ⁊ hoc sm̄
Rai. Sed innoc. dicit ꝙ oēs
contractus initi cū excōicato et
sciēter. ⁊ durāte excōione tenēt
⁊ ex ipsis agitur contra excōica
tuȝ sed ipse excōicatus agere n̄
poterit pro tali ꝯtractu nisi post
absolutionē quod uerius uidetͬ
idem gui. ¶ Item cum quis iu
rauit soluere alicui in certo ter-
mino ⁊ interim ille excōicatur.

sm̄ Rai. non debereȝ sibi solui
dum stat ī excōicatione sed de
poni illud debitum. in ede sacra
innocēn tamē dicit. consulim9
tali ꝙ det. naȝ ⁊ seruiens tenetͬ
seruire excōicato ⁊ ꝓmisit xi.
q. iii. quoniā multos ⁊ hoc ue
rius uidetur. Idem si quis reci
piat mutuū ab excōicato ut cō
ducit aliqd ab eo ꝓ ꝑcio reddē
do tempore excōicatōis. ipso ꝑ
cio ut mutuato quo ad obsigna
tionem ciuilem uel obligationē
ex qua actio nascitͬ ⁊ potest pe-
ti non reddere. nisi post eius ab
solutionē obligatur tamē ei qᵒ
ad naturaleȝ obligationē host.
Item si prespiter locauit operas
suas alicui domīo. dū ipse dn̄s
esset excōicatus non ualuit loca
tio. secus si ante. Sȝ nō poterit
ei seruire ī diuīs ī excōicatōe ꝑ
manēti. hosti. ¶ Itē siquis emat
uel uendat ex seruiēte excōicato
nomīe excōicati non est contra
hendum cū eo sicut nec cum ex
ꝯīcato. guil. ¶ Nota ꝙ ille q
īcidit ī excōicationē quis com
posuerit cū aduersario ut satisfe
cerit de iniuria ⁊ etiam si uadit
pro absolutione uel etiaȝ si non
dum sit denunciatus cum tam̄
manifestū sit de ei9 excōicatōe
debet euitari quousqȝ sit abso-
lutus. extra eo. cum desideres.
sm̄ Rai. īmo etiā si iaȝ iurasseȝ
stare mandato epī an̄ absolutōȝ
tam epūs ꝙ̄ alii ei cōicantes in-
currunt minoreȝ excōicationem

Excom.º minor a iure

etiã si fuit ab ipso epõ excõicatꝰ non enĩ põt ipse cõicare tali. nec dare licentiã alicui communicandi quin incidat in minorez excommũicatioẽz. extra. eo nuper. xi. q. iii. excõicatos. per hoc autem ꝙ papa salutat aliquem. vel participat. non intelligitur absoluere. ut ĩ cle. si summis.

¶ Excommũicatio autẽ minor et a iure ⁊ ab homĩe fertur. ¶ A iure quidez primo propter participationẽ cũ excõicatis maiori. ut dictum est. ¶ Secũdo pro sacrilegio. xvii. q. iiii. miror. ¶ Tertio. pro notoria fornicatione precipue clericis. extra de cohabit. cle. ⁊ mulie. uestra. ¶ Quarto pro simonia. etiã occulta ĩ ordine suscepto. extra de simo. tanta. ¶ Quĩto cũ quis recipit ecclesiam de manu laici. ⁊ sic eam tenet. xvi. q. vii. siquis deĩceps ¶ Sexto secũdũ quosdam. cum in bello ĩiusto exercet artẽ balisteriorũ contra xpianos. ex. de sagitta. artem. ¶ Septimo in dissidẽtibus pauperũ oppressionibꝰ manifestis. raptoribus. publicis usurariis. etiam meretricibus. qui large dicunt̃ excõicati ĩquãtum oblationes eorũ ad altare non recipiuntur. ¶ Octauo ĩ ill͛ quibus negat̃ ecclesiastica sepultura. ⁊ qui moritur ĩ torneamẽto. quia priuatur ecclesiastica sepultura. etiã si penituerit. ⁊ idẽ potest dici de illo qui non confitetur semel in anno. ut dicitur. extra. de peni. ⁊ remissi. omnis

Nono in quolibet notorio peccatore. dis. xcv. illud. ⁊ de conse. dis. ii. pro dilectiõe. ¶ Ab hoĩe autez ferri potest minor excõicatio. ut ab epõ. ⁊ quolibet inferiore iudice ecclesiastico. extra. de offi. ord. cum ab ecclesiarum. ⁊ hoc siue pro cõtumacia. v. q. ii presenti. Siue pro aliis culpis. Idem siue simpliciter. de pe. d. prima. in actione. siue ad tempꝰ dis. lxxxvi. caº. tanta.

Est autẽ effectus principalis excõicatõis mĩoris ut talis remoueatur a participatione sacramentorũ. ⁊ si se ĩmisceat. peccat mortaliter. non tamẽ incurrit irregularitatez. etiam si celebrat. peccat etiaz conferendo sacramenta. sed ab eo collata non carent uirtutis effectu. nec prohibetur eligere nec ea que rõne iurisdictionis sibi competunt exercere. si talis tamen scienter electus fuerit. eius ẽ electio irritãda. extra. de cle ex. mini. si celebrat. Talis enim ſm guil. est seperatus ab osculo pacis. quod ẽ in missa. quod est quasi loco cõmunionis. non autẽ ab horis dicẽdis. cũ aliis. Inno. tenet ꝙ excõicatus minori. sacramenta conferẽdo peccat. sed subditi nõ prohibentur a receptione. licet ipse conferẽdo se maculet. host. dicit. ꝙ conferẽdo ñ participat

quia non confert ad suam utilitatem. sed aliorum. dicitur enim participare partem capere. et sic videtur comprehendi utilitas ipsius participantis. ¶ Jo. de lig. videtur tenere in pluribus locis quod excommunicatio minor seperet a participatione passiua tantum sacrorum scilicet quod talis non potest recipere sacramenta ante absolutionem. Cum eo concordat Pe. de palu. in quarto. di. xviii. dicit enim quod minor excommunicatio excludit a participatione sacramentorum. non a participatione diuinorum. Unde quicquid alii dicunt licite potest missam audire. et osculum pacis accipere. et ecclesiam officiare. dummodo tamen nullum sacramentum percipiat. nec matrimonium. nec aliud nisi prius absolutus. ¶ Et quod Wil. dicit de osculo pacis. Respondeo quod ideo osculi pacis et panis benedicti datio successerunt loco communionis ut indigni non admittantur ad ista.

aliquod predictorum fieri debet relaxatio interdicti. extra. eo. Alma. li°. vi°. Item et cathecismus qui precedit baptismum fieri potest. quia permisso baptismo. intelliguntur permissa omnia per que peruenitur ad illud. et sine quibus expediri non debet huiusmodi autem est cathecismus de conse. di. iiii. ante baptismum item permittitur confectio crismatis in die cene. quo utendum est in baptismo et confirmatione extra. eo. responso. item permittitur eucharistia dari decedentibus. de peni. et remis. quod in te. nec enim debet alicui penitenti denegari. l. di. penitentes. Sanis etiam dampnatis ad mortem dari potest tempore interdicti. quia censentur tunc in articulo mortis. io. calde. Sed laicis uel clericis non interdictis. sed in loco interdicto positis. an possit dari eucharistia. preterquam in mortis articulo. dubium est exceptis tamen presbiteris missam celebrantibus cum forma seruata decretalis. Alma. celebrantes enim tenentur sumere corpus cristi. de conse. di. ii. Comperimus. De aliis ergo dicit. io. cal. trepide ferens sententiam cum uiderit generaliter religiosos suis fratribus et sororibus uel monialibus quorum curam gerunt tempore interdicti indifferenter concedere eucharistie sacramentum. Sed quo iure hoc faciunt ipsi discernant. cum contrarium uideatur de iure scripto. in edictis enim permissoriis certorum casuum quod ratione non inuenitur expressum et permissum. subiacet regule prohibitiue. ii. q. v. consuluisti. et est expressum in clem. de uerb. signi. exiui. parag. porro. Cum ergo sit permissum tempore interdicti specialiter corpus cristi inquantum dicitur uiaticum. id est inquantum datur decedentibus. g° et cetera Et addit idem io. quod cum portatur eucharistia ad infirmum. tunc credit quod debeat portari cum pulsatione campanelle. et lumine precedente. et aliis consuetis. quia cum aliquid permittitur. ubi aliud non appareat. intelligitur permissum fore secundum quod ius disponit illud fieri et usus obseruat. ad hoc iiii. di. erit autem. xii. dis. illa. Sed deportatione luminis disponit ius. de cele. miss. Sane. De pulsatione autem campanelle habet generalis consuetudo g°. et cetera Poterit ergo tale uiaticum dari infirmo in presentia astantium et uenientium ut permissio intelligatur. secundum conditionem status persone infirme. xli. dis. quisquis De mulieribus ergo pregnantibus et partui propinquantibus. an tempore interdicti possit dari eucharistia. uidetur io. an. dicere quod non. nisi aliud periculum immineret in eis. Ratio est quia tales non proprie dici possunt decedentes ex appropinquatione ad

partum. sed non nisi decedentibus conceditur eucharistia. in tali tempore scz interdicti. Eadez ratione idē per omnia putat io. calde. de intrantibus mare. uel bellum campestre. uel obsessis. et facit quod nota. de off. ordi. Pastoralis. scdō responso. ī glo extrema uero unctio incunctanter est probibita tempore interdicti sed an clericis uel religiosis maribus uel feminis non interdictis. sed de loco interdicto. et qui seruauerunt interdictum. an possit conferri extrema unctio. a quibusdam dubitatur. dominus et pater meus. ueritatis et iusticie cultor. in decre. quod in te. ex. de pen. et rem. dicit q̄ nō. quod tamen multi male auertunt io. cal. Matrimoniuz uero ī dicto tempore permittitur. quia cōtrahi potest quocūqz tempore per legittimū consensum uiri et mulieris. etiam si cōtrahētes essent interdicti. ꝫm innocē. Nam et per īfideles et per excōicatos cōtrahi potest. sed solēnis benedictio nuptiarū tunc fieri non pōt ꝫm host. etiam si alter tantum uir scilicet uel mulier esset īterdictus. et in loco non interdicto fieret. io. calde.

De sacramento ordinis sciendū q̄ nullus ordo cōferri potest ī loco interdicto clericis et laicis. et ratō est quia probibētur ibi ecclesiastica sacramenta ministrari. exceptis quibusdam casibus. de quibus iste non est. ut ī decre. nō est nobis. Si aūt populus est interdictus. cuz non propter hoc sit clerus īterdictus poterunt clerici illius loci extra locum interdictuz ad ordines superiores promoueri ab eo tantū qui hoc de iure possit. Item si locus tantuz est interdictus. licet ibi nullus ualeat ordinari. laici tamen qui non fuerunt culpabiles delicti propter quod latum ē interdictum. extra locum interdictum poterunt ordinari. nisi propter delictum uniuersitatis lata fuisset sn̄ia interdicti ī loco quia tūc nullus de dicta uniuersitate posset ordinari. io. calde.

Item tempore generalis interdicti denegatur laicis ecclesiastica sepultura. etiam si penitentiam egerint. ꝫm inno. ex. de peni. Quod in te. Ratio est quia interdicti sunt tales etiam si peccatores non sint. xvii. q. quarta. miror. sed et illi īterdicti qui et tūc absoluūtur ab aliqua excōione. remanēt tamen adhuc interdicti. donec soluatur interdictum. et si in morientibus interdictis apparuerint signa penitentie. et postmoduz fuerit absolutum interdictum. tunc talium corpora erunt apud ecclesiaz trāsferenda. argu. extra. de sen. ex. cum illorum. et si apud ecclesiam stante interdicto sepulti fuerunt

non erunt postea exhumandi cũ
ad eum statum uenerit res a q°
incipere potuit. ⁊ pro huiusmõi
interdictis scʒ qui penituerunt li
cet mortuaria r̃cipere. ac pro eis
orandum est. xi. q. iii. quicũqʒ
Sed si non penituerint. nec pro
eis orandum est. nec mortuaria
recipienda. lxxxviii. di. c. finali
Clericis uero qui in tali genera
litate non sunt interdicti non ne
gatur ecclesiastica sepultura ita
tamen ꝙ fiat sine pulsatõe cam
panarum ⁊ cessante omni solen-
nitate. extra. eo. ti°. quod in te.
⁊ quod ibi dicitur cum silentio
non uidetur hoc intelligendum
de silentio officii funeralis. qa
cum conceditur quod maius est
scilʒ dicere missam ⁊ horas sub
misse. ⁊ de officio funerali cõce
di uidetur. ¶ Item quando aliq̃
ecclesia est singulariter interdic
ta. si quidem ẽ interdicta propt̃
delictum clericorum tantum. ut
quia uiolata fuit. tunc parrochi
ani possunt in alia ecclesia non ĩ
terdicta eligere sepulturaʒ. ⁊ au
dire diuina. Sed si sit interdic
ta in penam populi. etiaʒ si mul
ti ex eis non deliquerũt. sʒ forte
uniuersitas. Uel magna pars.
uel forte quia deliquit dominꝰ
⁊ in hoc punitur. tunc parrochi
ani nõ possunt in ecclesia etiam
non interdicta eligere sepulturã
nisi forte ex priuilegio innocẽ.
item sicut tempore interdicti in
ecclesia non sunt laici sepeliendi

ita nec ĩ eiꝰ cimiterio. de priui
legiis. ut priuilegia. ⁊ licet ste-
phanꝰ dicat. ꝙ sufficit ꝙ sit lo
cus ad sepulturam deputatus.
licet non sit benedictus. ut dica
tur cimiterium. tamen io. an.
dicit ꝙ est locus ad usum cimi-
terii per episcopum benedictus
de conse. di. i. Nemo. io. etiam
calde. dicit. ꝙ non sufficit ꝙ lo-
cus sit ad sepulturam deputatꝰ
nisi auctoritate episcopi fuerit
ad sepulturam destinatus. Et
hoc oportet fateri quantum ad
penam excõicationis: que ponit̃
per cle. eos. ¶ Item laici non in-
terdicti non possunt ĩ cimiterio
sito in loco interdicto cum cleri
corum officio sub silentio cessan
tibus solẽnitatibꝰ aliis sepeliri
¶ Ratio est quia ex gratia id cõ
ceditur clericis. ergo aliis intelli
gitur denegatum. io. calde.
item priuilegiatus post decret.
Alma super auditionem diuino
rum. ⁊ perceptionem sacramen-
torum. sine auditione diuinoruʒ
puto ꝙ ex hoc possit admitti
ad ecclesiasticam sepulturam.
quamuis de ipso non fiat mentõ
Sed si priuilegium esset con
cessum super auditione diuinoꝶ
non facta mentione de percepti-
one sacramentorum. satis uidet̃
dubium. tamẽ placʒ ꝙ per illud
priuilegium sit concessa ecclesias
tica sepultura. per regulam. cũ
cõicamus uiuo. ⁊ cet. xxiiii. q.
scda. Sane. cessantibus tamen

solennitatibus. ut dr de clericis 10. calde. item sepelientes extra ecclesiam et cimiterium interdictam personam uel non interdictam. sed in loco interdicto cum officio diuino. clerici illud officium celebrantes sunt irregulares. Sed sine officio diuino bene possunt interdicti extra ecclesias et cimiteria sepeliri. nec enim debent corpora eorum remanere inhumata. 10. calde.

PEna autem non seruantis interdictum si est clericus est ista. secundum innoce. et hostie. quia scienter celebrans in loco interdicto. undecunque fit irregularis efficitur. et suspensus est. extra. de cle. exco. minist. postulastis. pag. ult. et extra. eo. is qui. li°. sexto. Unde non pot beneficia conferre. extra. de conces. preb. quia diuersitatem. idem innoc. et ber. Item talis non pot eligi nec eligere. ut in dicto. c. is qui et extra. de consue. dilectus. item nec potest postulari. extra de postu. ca. 1. Item qui non seruat interdictum remouendus est a beneficio. extra. de cle. ex minis. postulastis. Si autem talis sit religiosus ad nullum ordinem ordinatus. et si irregularitatem non incurrat, quia non est expressum in iure. Nam decretal. is qui. Agit de sola irregularitate que procedit ex celebratione diuinorum. uel ex executione ordinum. Poterit tamen aliter puniri. ut recludi in artiori monasterio ad penitentiam peragendam. Et idem uidetur dicendum de moniali non seruante interdictum. quilibet tamen horum. s. religiosus non habens ordinem. et religiosa. si uiolant interdictum sunt ineligibiles. actiue et passiue. Nam et si non habent ordinem clericalem ratione tamen ipsorum status habent officium celebrandi diuina secundum conditionem ipsorum. Unde uiolando interdictum illam penam incurret cuius sunt capaces. ad hoc de biga. debitum. 10. cald. Purus uero laicus uiolans interdictum quamuis irregularitatem non incurrat uel suspensionem secundum innoce. grauiter tamen peccat. et puniendus est pena arbitraria per ecclesiasticum iudicem. de sen. exco. grauis. in clem. cum tale peccatum sit ecclesiasticum. Item omnis qui celebrat in loco interdicto personis interdictis a iure. uel a iudice. uel recipiens publice interdictos ad diuina officia uel sacramenta uel sepulturam. etiam si non sit irregularis est interdictus ab ingressu ecclesie extra de priuile. eporum. li. vi°. et si in ea se ingerit in officio suo fit irregularis. extra. eo. is cui. libro sexto. Nota quod licet omnibus predictis in ultimo pag. sit interdictus ingressus ecclesie. per decre

extra de priuile. epo͞r͞u. li°. vi°.
est tamen diuitia inter eos. naz
celebrans in loco interdicto est
etiam irregularis. Admittens
uero ad sepulturam nomīatim
īterdictos uł publice excōicatos
sunt excōicati. in cleme. eos. de
sepultu. et etiaz qui tempore int
dicti sepeliunt defunctos in ci-
miteriis uel ecclesiis. in casibus
non concessis. ut patet in eadez
clem. Aliis uero de quibus hic
fit mentio interdicitur solum ī
gressus ecclesie modo predicto.
Dicitur autē agere uel ingerere
se in officio suo sicut prius. et p
consequens uiolare interdictum
scilicet cum dicit solenniter ho-
ras diurnas uel nocturnas. uel
missam. uel aliud officiuz quod
competit ratione alicuius ordīs
quem habet. xi. q. iii. epūs. et
idem notauit innocē. et alii post
eum. de excess. prela. ca. finali.
Psalmista interdictus. uel non
interdictus sed ī loco interdicto
si celebrat. i. si solenniter agit ī
officio suo. Utrum fiat per hoc
irregularis. sic respōdet. io. cal
s̄m theologos. Talis enim est
irregularis. quia psalmistatus
s̄m eos non est ordo. sed secūdū
canonistas. quia tenēt psalmista
tum esse ordinez. xxi. di. cleros
et tali ordini competit cātare. s.
in choro psalmizando lectiones
et responsoria legēdo. ideo talis
huiusmodi agendo efficitur ir-
regularis. et addit q̄ qdaz dicūt

et placet innoc. Et si consuetudo
est in ecclesia q̄ sine distinctōne
ordinis quisq3 legat epistolā uel
portat cereos. uel faciat quicqd
aliud pertinens ad aliquod offi-
cium nō erit irregularis is qui
aliud officium facit. et addit io.
calde. q̄ illa distinctio nō tollit
quin de iure talia competant ra
tione alicuius ordīs. Unde ber.
et io. an. et alii in decre. cū medi
cinalis dicunt talem esse irregu
larem. hosti. etiaz et Speculator
putant habentez primam tonsu-
ram tantum. si cantet in officio
suo esse irregularem. xxiii. di.
Psalmista. Sed si quis faciet ea
que nō sunt alicui ordini uel of
ficio deputata. ut si ī matutinis
legat lectiones. uel cantet respon
soria. Dicunt hosti. et Uil. non
esse irregularem. In benedic-
tione aque benedicte cōtrahitur
irregularitas. s̄m innocē. quia ē
annexa ordini huiusmodi bene-
dictio. de conse. dis. iii. Aquaz
quando scilicet interdictus cleri
cus hoc ageret. sed si non ē ipse
īterdictus ex eo q̄ facit talez be
nedictionem aque in loco inter-
dicto. seruata moderatione que
traditur de aliis officiis non in
currit irregularitatem. Aqua
autem benedicta non debet asp
gi laicis loci interdicti a sacerdo
te. et hoc preter q̄ in quatuor festi
uitatibus. de quibus agitur in
decre. Alma. Si tamē aspergerz
putat io. cal. q̄ n̄ eēt irregłaris

quia non ē hoc in iure cautum. Per benedictionem autē mēse. etiam ab interdicto clerico non contrahitur irregularitas. quia nulli est ordini deputata. A benedictione etiam quo consueuerunt priores uel episcopi itinerādo obuiantibus eis in sua diocesi. dixerunt quidam tutum ēe abstinere in loco interdicto. Si contra fiat non erit irregularis Quod putat io. cald. esse uerū de simplici bñdictiōe. secus de solēm. ad quam pmittitur. Sit nomē domini bñdictum. uel aliquid aliud huiusmōi. Talis. n. bñdictō cōpetit epō ratōe ordīs xcv. di. ecce. De bñdictione aūt calicis uel corporaliū uel candelarum in festo purificationis uel oliuarum in die palmarum. dīc io. cal. fieri non posse a clericis interdictis. uel a non interdictis in loco interdicto, nisi seruata moderatiōe. que traditur de officiis diuinis in decre. Alma eo ti. li°. vi°. Et idem dicit tenēdū de facientibus officium pro baptismo in sabbato sancto. uel p confectione crismatis ī cena domini pro anniuersario defūctis Benedictio etiam pere uel baculi peregrinorum a sacerdote. dīc Wil. q uidetur esse concessum. cum non sit prohibitum.

¶ Item de purificatione post partum. dicit io. cal. q non potest mulier post partum introduci ī eccīa ī loco īterdcō p sacerdotē cum psalmis et orationibus et solenni introductione, alias incurreret irregularitatē, quia illud est officium diuinum ordini clericali competens: sed sine officiō facta soluz confessione ut moris est poterit mulier intrare per se gratias agendo. ¶ Item si clericus interdictus uel nō interdictus sed in loco interdicto. si excōicat aliquem. uel absoluit excōicatum. sm innoc. non ē irregularis. quia huiusmodi nō sunt ordinis. sed iurisdictionis. ii. q. prima. Nemo. Et de excōicatōe non ē dubiū. Quare idem dicendum ē de absolutione. de penitē. di. i. Uerbum. Tamen absolutiōis solēnia exhibere. sicut ē dicere cū stola psalmū et oratione. uel in eccīam ītroducere excōicatum. quia hoc est ordīs et officii. huiusmodi faciens est irregularis. sm innoc. et Spec. Officium autē commēdationis animarū decedētiū iuxta morē credit io. cal. q fieri possit loco et tempore interdicti. quia istud officium uidetur quasi annexū ad absolutionem que fit in penitētia. Unde sicut cōceditur tāc. pētētia. ita et istud. ¶ Item in loco interdicto / et excōmūicatis et interdictis pōt pdicari uerbū dei. extra. de sen. ex. ex responso. et pōt etiam interdictis fieri confessio generalis in fine predicationis. potest etiam campana propter hoc pulsari. quia cum

dicta pulsatio sit signū ⁊ pream
bulum actus premissi. ut habet
generalis consuetudo. intelligit̄
⁊ ipsa pulsatio permissa .10 .cal.
Pro missis vero ⁊ horis cano-
nicis dicendis nullo modo hab3
pulsare campanas tempore īter
dicti. alias incurretur irregula-
ritas. exceptis quatuor festiuita
tibus de quibus s̄. etiā si cam
pane essent extra ecclesiā ⁊ ꝓcul
ab ea. non licet pro dicta pulsa-
re. alias fieret fraus legi. xiiii.
q. iii plerique. Nec etiam paruas
campanellas lic3 pulsare tempe
interdicti pro diuinis officiis ce
lebrandis. ut faciūt religiosi mē
dicantes. Nam prohibitio pul-
sationis campanarum tempore
interdicti utique ⁊ minores cam
panellas includit. cū de facto so
nus audiatur extra muros. ⁊ in
terdu3 satis procul. Unde tales
sibi caueant ⁊ sufficiat eis ꝙ ali
qua signa puta table possint cō
uenire ad diuina eorum. Sed
pulsare campanas tempore inter
dicti pro horis notificandis. pu-
ta tertia. sexta. nona. ⁊ hmōi. n̄
credo illicitu3 laicis hac de cau
sa campanas sonare. sed clericis
non credo ad hoc licere. lic3. n.
de facto celebrent diuina. tamē
ex quo dicto tempore solent di
uina celebrare. presumeretur ue
risimiliter pro celebratione diui
norum sonarent. xxviii. di. Sa
racusana. Fateor tamē pro hoc
tantum. ipsos non incurrere
irregularitatē. 10. cal. ¶ Pulsare
autem campanam pro Aue ma
ria. ut fieri sol3 laudabiliter de
sero. ⁊ etia3 de mane in quibus-
dam locis tempore interdicti nō
inducit irregularitatē. quia illa
salutatio uirginis gloriose non
est officium ordini deputatum.
Pulsare etiam campanas pro os
tensione aliquarum litterarum
uel in aduentu alicuius prelati ⁊
huiusmodi tempore interdicti.
nec laicis. nec clericis prohibet̄
10. cal. Consulit etiam ꝙ itine-
rantes ꝑ loca interdicta. si sunt
duo uel plures nō dicant horas
canonicas ī uia. quia ex quo ab
aliis audiri possunt. dicit ipse ꝙ
dicere non audet ꝙ hoc facere
possint sine uiolatōne interdicti
Secus si esset unus solus. quia
ita submisse dicere posset ꝙ non
audiretur. ¶ Item dicit inno. ⁊
abb. ꝙ non credit irregularitatē
incurrere clericum interdictum
propter hoc ꝙ intersit diuinis
etiam si cantet cum aliis. dum
modo non celebret. nec aliquid
agat ut in officio suo. peccat tū
io. autē cald. dicit sibi placere
dictum hosti. ⁊ Specula. s. ꝙ si
talis se ingerat diuinis audiēdo
ex quadam simplici deuotione.
non contemnendo. non ē irregu
laris. ⁊ sic procedit dictū inno.
Sed si hoc facit contemnēdo et
faciendo celebrari diuina. Siue
auctoritatem prebendo. siue coo
perando. tunc irregularitatem

incurrit. ¶ Item laici uiolantes
interdictum. ⁊ si non incurrant
irregularitatē. grauiter tñ peccāt
ut dictum est ſm innoc. ⁊ ut ui
detur mortaliter. si scienter hᵒ
faciunt. quia contra obediētiam
ecclesie agunt. lxxxi. di. Si qui
Sed exercentes officia que non
sunt alicuius ordinis tempore ī
terdicti. ut aduocando. docēdo.
⁊ huiusmodi non peccant.
¶ Item non prohibentur laici tem
pore interdicti dicere letanias ⁊
laudes suas. ut faciunt fratarie
item non prohibentur orare ī ec
clesia extra tempora celebratio-
nis diuinorum. ſm guil. ⁊ mo-
nal. ¶ Itē si sacerdos probabilr
credit ꝙ aliqui interdicti sunt in
ecclesia. ſm Uil. debet monere
in generali ꝙ exeant. alias non
tenetur uitare eos. maxime pu
blice. donec constet de sñia. itē
si sacerdos recipiat scienter ho-
minem interdictū. licet ipse pec
cet. ⁊ penas incurrat. ut supradi
ctum est. Alii tamen non tenēt
exire ſm Uil. nec peccant audiē
do diuina. ¶ Item in diuinis of
ficiis sunt uitandi omnes qui ꝓ
prio nomine. uel alia certa circū
locutione per sñiam designātur
interdicti. qui ⁊ dicuntur nomi
natim interdicti. ¶ Item uitandi
sunt tanꝙ nominatī interdicti.
omnes illi de quibus constat ꝙ
interdicti sunt. ut si ciuitas uel
castrum interdicitur. Si uero ī
tdicāt fautores siue ꝑticipātes
in crimīe non dicūtur nomīati
interdicti. sed tamen in genere.
Unde tales nō tenetur quis eui
tare. quousqꝫ per iudicem denū
cientur ⁊ specificentur. nisi forte
eorum participatio esset multū
notoria. ita ꝙ inficiatiōi non sit
locus. extra. de cohabi. clerico.
⁊ mulierum. Tua nos. innocē.
Hostieñ. ⁊ bar.

Ultimo uidendū est de for
ma qua fertur interdictum
⁊ quomodo etiam relaxetur.
Ubi sciendū ſm io. cal. ꝙ cū
ab homine profertur. ⁊ propter
contumaciam. est necessaria mōi
tio precedens. ⁊ forma quā tradi
tur. de sen. ex. c. i. li°. vi°. ⁊ sic
intelligitur de appell. Reprehē
sibilis. Sed si propter delictum
fertur. nō est monitio necessaria
v. q. iiii. in loco. Sic intellige
notata per inno. ⁊ alios. de appl
ad hec. Cū uero a iure profer
tur propter excessū siue delcm̄
sine monitione fit. siue sit spāle
interdictum scilicet contra eccle
siam. uel contra personā singu
larem. quod superius dictum ē
interdictum singulare. Siue sit
interdictū generale loci. s. ut ci-
uitatis. castri. uel uille. aut uni-
uersitatis. populi. Quodlibet
enim horum dicitur generale.
Sub hac autem forma uerborū
profertur. Nos propter talem
causam ecclesiā siue terrā talē

supponimus interdicto. extra de uerbo. signi. cum in partibus. Et additur etiam cōiter ecclesiastico. ad differentiaʒ iterdicti legalis. Potest etiā sniā interdicti ad uoluntatem iudicis determinari. puta ut interdicat missam in cantu uel horis. uel sepulturis ꝛ huiusmodi. Potest etiā iudex ab iterdicto excipere. ꝛ subicere quos uult. ꝛ quando uult. puta q̄do dominus terre est ibi presens. ꝛ huiusmōi. extra. de spō Non est nobis. ad hoc autez ut obliget sniā iterdicti sufficit eā publice promulgari. nec postea necesse est eam singulorum auribus inculcare. di. xvi. quod dicitis. Sufficit etiaʒ cum quis scit nuncios suos. maxime metropolitanam ecclesiam recepisse sniāʒ ꝛ obseruare. extra. de postul. c. primo.

Item nota scḋm innocen. ꝛ hosti. q̄ q̄do locus uel ecclesia interdicitur. talis sniā suspendi potest. ꝛ cum suspensa est potest celebrari. extra. de priui. ut priuilegia. Sed si est interdicta persona siue suspensa. q̄n̄do hoc factum est pro culpa ipsius suspensi uel interdicti. non possit de licētia alicuius celebrare. nec interdictum uel suspensio suspēdi. Sed cum hoc est factū ꝑpt culpam alterius. tūc potest dici sicut ꝛ de interdicto loci scilicz q̄ talis sniā pōt suspendi ꝑ epm sicut ꝛ tolli. Item appellari potest infra tempus suspēsiōis interdicti a suspensa sniā. sicut ꝛ a conditionali. de appel. preterea. Et ideʒ de sniā suspensionis secus de sniā excōicationis.

Item sniā interdicti ꝛ suspensionis nudo uerbo suspenduntur. uel totaliter relaxantur. cuʒ iuramento tamen. extra eo. Alma item postquaʒ sniā iterdicti per aliquos iferiores prelatos rationabiliter sit lata. debēt maiores eam relaxare sine congrua satisfactione. ꝛ cum consciētia illius qui tulit sine difficultate relaxare. seu superior ad quem recurrit. extra. eo. cū medicinalis. li. sexto. Item archiepūs nō pōt relaxare interdictum. uel excōicationem. uel suspensionez latas ab officialibus archidiaconorūʒ seu aliis iurisdictionem hn̄tibꝰ subditis suffraganeorū ipsis qui tulerunt obmissis. extra. eo. romana. li°. vi°. Item cum quis interdicto uel excōione astrictꝰ offert se ad iusticiam eorum ꝓ quibus sniām accepit. iudex euʒ ne sic decedat absoluere poterit etiam si aduersa pars appellet. ne absoluatur. debet tamen an̄ absolutionem recipi ab illo sufficiens cautio q̄ in presentia romani pontificis. apud quem appellatur. si uoluerit appellator. uel coram iudice cui causam delegauerit iuri parebit. ꝛ idē de his qui dicūt se iniuste iterdcōs

Item fm 10. an. tempore generalis interdicti. si is propt cuius culpam latum est interdictuz satisfacere uult. tolletur iterdictu. Si uero culpabilis fuit tanquā consiliarius uel auxiliarius licet accipiatur cautio. et iniungatur penitentia non relaxabitur interdictum. Quod si propter eius culpam latum est ipse quidez punitur. sed eius satisfactio non requiritur. Nota itez q ea que dicta sunt in precedentibus de materia interdicti. quo scilicz ad obseruandum interdictum ne cōtrafaciendo incurratur peccatuz et irregularitas. locum habent et uera sunt. fm quod habetur in corpore iuris. Sed per extrauagantem Martini quinti. que incipit. insuper ad euitandum. nō tenetur quis obseruare interdictum ecclesiasticum a iure uel ab homine generaliter promulgatū nisi talis sntia fuerit contra personam. collegium. uniuersitatē. ecclesiam. cōitatem. uel locum certum. uel certam a iudice publicata uel denūciata specialiter et expresse. et ipsam extrauagātē habes supra ī fine de excōicatōe minori capitulo ultimo.

Fratres predicatores ordi. tempore generalis īterdicti terre. possunt ubiqz in omnibus ecclesiis nostris uel aliēis clausis ianuis interdictis et excōicatis exclusis. non pulsatis campanis et submissa uoce. celebrare dīna et recipere ecclesiastica sacramēta. exceptis tribus casibus. Primus est. si causaz dederint īter dicto. Secūdus. si contingat id nobis specialiter interdici. Tertius est. si ecclesia illa ubi uolumus celebrare est interdicta. Bonifacius. Uirtute. Q tempore interdicti possumus ad diuina recipere pueros nr̄is seruitiis deputatos. et negociorū nostrorum procuratores et operarios. qui nostris ī locis eorū operibus continue insisterint. nisi ī duobus casibus. s. si ipsi causaz interdicto dederunt. Secūdus ē si contingat eos specialiter excōmunicari uel īterdici. Bonifac. Uirtute. Quot tempe strictissimi interdicti conuentus quilibz ordinis nostri cottidie unaz missam dicere et audire potest cum duobus aut tribus tantuz ministris. expulsis primuz omnibus qui non sunt de ordine nostro. Clemēs. Meritis nostre relig. Quot quando in ciuitatibus uel locis als ubi habitat. contigat īterdictum poni. et phiberi omnia ecclesiastica sacramenta. exceptis paruulorū baptismatibus et penitentiis morientiū non obstantibus qbuscunqz priuilegiis religiosis quibuscunqz ab apostolica sede cōcessis. nihilominus tempore talis interdicti possunt

confiteri peccata eorū. ⁊ ab ipis
absolui. ⁊ temporibus cōsuetis
iuxta morem ordinis nostri cō
munionis ⁊ unctionis extreme
recipere sacramenta ⁊ diuina of
ficia celebrare simul. ianuis clau
sis. non pulsatis campanis. ⁊ uo
ce submissa. excōicatis ⁊ interdi
ctis ac omnibus personis que n̄
sunt de ordine nostro exclusis.
non obstantibus prohibitis hu
iusmōi. seu aliquibus litteris a
sede apostolica impetratis uel ī
petrandis. que de ordine nostro
⁊ hac indulgentia specialem nō
fecerint mentionem. Honorius
Meritis nostre. ꝙ omnes sen
tentie interdicti. suspensionis. ⁊
excōicationis. contra nos indul
te per quoscunqꝫ prelatos cōtra
indulta priuilegiorum nostrorū
sunt ipso facto irrite ⁊ inanes.
Si autem in alios late fuerint
occasione nostri sunt penitus ir
ritāde. Alexāder. Meritis ur̄e
⁊ minus in qua. Quot a nullo
legato nisi a latere. nec subdele
gato. possumus suspendi interdi
ci uel excōicari: nisi in eorūꝫ lit
teris de ordine nostro specialis
mentio habeatur. clemēs. exigē
tibus. ꝙ magister ordinis et
eius uicarius ī toto ordīe ⁊ pri
ores prouinciales ⁊ conuētuales
⁊ eorum uicarii in suis termīs
possunt fratres nostros constitu
tos in terminis predictis. Uel
ad eos declinantes undecūqꝫ ab
soluere a sententia excōicatiōis

Suspensionis ⁊ interdicti uel a
iure uel iudice generaliter pro
mulgatis. uel si in locis supposi
tis ecclesiastico īterdicto presum
pserint celebrare diuina. Boni
facius. Uirtute. innoc. Licet ad
hoc. Credo minores eisdeꝫ gau
dere priuilegiis. Excepto eo
quod nunc sequit̄. ꝙ uiri ⁊ mu
lieres de italia habentes habitū
⁊ regulam ordinis. qui dicitur
de penitentia sancti domīci. pn̄t
licite audire diuina. ⁊ recipere
ecclesiastica sacramēta tempore
interdicti. nisi causam dederint
interdicto. Honorius. Congruū
existimantes.

Quia nomīe censure eccle
siastice comprehenditur
nō solum excōicatio. sꝫ
etiam suspensio ⁊ interdictum.
extra de uerb. signi. Querenti
Suspensio etiam aliqn̄ dicitur
excōicatio. ut patet. i. q. i. repe
riuntur. ideo post tractatum de
excōicatione ⁊ interdicto sequit̄
de suspensione. et quia ꝗm Uil.
duran. omnis irregularis ē sus
pensus. ⁊ iterum quia irregula
ritas est quedam inabilitas ad
ordinum receptōnem ⁊ officiorꝫ
ecclesiasticorū. ⁊ receptorūꝫ exe
cutionem simpliciter ⁊ ex toto
ex aliquo īpedimēto proueniēs
ex īstitutōe ecclesie hn̄s robur

Diffinitio irregularitatis

Suspensio vero est inhabilitas ad ordinum vel officiorum executionem ex aliquo impedimento, sic suspensio videtur solum tangere clericos, quandoque tamen etiam laici suspenduntur ab aliquo actu, ut ab officio advocandi in certo casu. vt ce. ¶ Irregularitas vero clericos et laicos. Utraque tamen culpa non est, sed pena, que quidem suspensio contingit multipliciter. Aliquando quidem simpliciter et ex toto, ab omni scilicet officio ordinis. Aliquando ab uno ordine et non ab alio. Aliquando simpliciter, aliquando ad certum tempus. Aliquando non ab ordine, sed ab aliquo alio, ut ingressu ecclesie, vel actu predicationis et huiusmodi. De quibus omnibus agetur in processu.

nec tenetur subditus talem vitare vel quicunque alius, etiam si sciret peccatum eius. d. xxviii. c. ult. et extra de cohab. cleri. et mulie. Uestra. Et quamvis secundum Thomam in quarto. non debeat quis inducere talem ad dicendum missam, vel alias ad exequendum officia sua, dum s. est certus de sua malicia et obstinatione. ¶ Si non potest alium habere, excusatur accipiendo sacramenta a tali, precipue cum est superior eius seu parrochialis, immo etiam secundum pet. de palude, si posset alium habere non videtur peccare accipiendo ab eo, quia utitur iure suo, et malo illius in bonum suum. i. q. i. Si fuerit. Sicut etiam licet fideli uti iuramento facto ab infideli per falsos deos, ut dicit Augus. xxii. q. i. Movet.

Et nota secundum Wil. et al. quod tripliciter dicitur quis suspensus. Uno modo quo ad se tantum quia scilicet non est prohibitus abstinere ab officio. et hoc per sententiam canonis vel hominis, et sic quilibet existens in mortali, vel etiam in minori excommunicatione, dicitur suspensus a celebratione et executione ordinum, alias peccat mortaliter qui in mortali exercet solenniter actum ordinis, seu in minori excommunicatione recipit aliquod sacramentum. d. xl. Multi. et i. q. i. Sacerdotes. Si tamen celebrat vel exequitur ordinem suum, non efficitur irregularis

Secundo modo dicitur quis suspensus quo ad alios, non quo ad se. et hoc satis large dicitur, et sic clericus peregrinus dicitur suspensus, quia permittitur ex devotione celebrare in occulto non in publico. Pro cuius declaratione nota. secundum Rai. quod hi clerici peregrini ignoti non admittuntur ad publice celebrandum populo, nisi cum quinque sigillis episcoporum. di. xcviii. c. i. et hoc si sigilla sint ignota. Alias sufficeret sigillum tantum episcopi sui. dist. lxxi. Primatus. et multo magis apostolice sedis mandatum. Ratio

autem huius eſt ſm hoſt. quia in publica celebratione poſſet eñ mouere inanis gloria. uel cupiditas. non autem ſi priuatus ⁊ in ſecreto. Item quia ĩ publico cõmune malum poſſet accidere. ſ. ſi non ordinatus celebraret. in ſecreto autẽ ſolum periculum celebrantis. cum illis etiam quinqꝫ ſigillis non eſſet credendum ſm io. niſi eſſet aliqualiter nota. itẽ ſm innoc. nec etiaꝫ illis quinqꝫ ſigillis credi debꝫ ſi ex receptõe huiuſmodi clericorum peregrĩorum fieret alicui preiudicium ⁊ damnum. Uiatorem peregrinuꝫ tranſeuntem nõ oportet ita ſubtiliter examinare de ſigillis huiuſmodi. xlii. di. quieſcamus. Item ſi amiſerit tales litteras ⁊ ꝑ duos teſtes poſſit probare ſuã ordinationem ⁊ conuerſationem poteſt admitti. extra. eo. Tuaꝫ item ſi nõ exiſtant teſtes de ordinatione ſua quia longum tempus eſt. ſi conſtat q̃ ſemper geſſit ſe ut preſpiter admitti poteſt extra. de preſ. non bapti. ca. ii. item ſm hoſti. ad hoc ut tales ſuſcipi debeant in executione ordinum. littere debent continere hanc clauſulam uel ſimilẽ quem gradatim ad talem ordinem promouimus. di. xxiii. in nomine. ⁊ he uocantur littere cõmendatorie ſeu teſtimoniales. extra. eo. tuam. Tamẽ ſi ſic ſuſpenſus celebrat. etiam in publico non eſt irregularis. neqꝫ excõicatus.

Tertio modo dicitur ſuſpenſus ꝓprie quo ad ſe ⁊ quo ad alios. quando ſcilꝫ per ſnĩam hominis ⁊ canonis eſt ſuſpẽſus ab officiis ſuis. ⁊ talis tenetᷣ abſtinere ab officio. etiam poſt cõtritioneꝫ ⁊ confeſſioneꝫ quouſqꝫ ſit relaxata ſuſpenſio per euꝫ q̲ poteſt. alias ſuſpenſus a diuinis uel officio uel celebratiõe et huiuſmodi ſi contra faciat peccat mortaliter et efficitᷣ irregularis ſm inno. extra de ſen. et re iu. cum eterni. liº. viº. ⁊ xi. q. iii. Siquis epũs. ⁊ ſm inno. ⁊ Uil talis etiam extra eccleſiaꝫ dicat horas officiando populum. ſicut in exercitu efficitur irregularis Secus ſi non officiãdo dicat cũ uno uel duobus.

PRoſequendo de ſuſpẽſiõe Nota q̃ pluribus ex cauſis ⁊ modis ĩcurritur ſuſpenſio. qº ſcilicet ad ſe ⁊ ad alios. Primo quideꝫ per uicium ſimonie. ſed cum diſtinctione. Scias igitur q̃ omnes qui ſimoniace ordinãtur. etiam ſi uicium ſimonie ſit occultum. ipo iure ſunt ſuſpenſi ⁊ non ſolũ ab ordine queꝫ ſimoniace ſuſceperunt. ſed etiaꝫ ſm hen. ⁊ innoc. ab actibus omniuꝫ aliorũ ordinuꝫ. et ſm inno. etiã in temporalibus. Unde et perdit adminiſtrationẽ. i. q. i. reperiũtᷣ

quibus modis incurritur

hic multa de ſimonia

extra. de simo. tanta. di. lxxxi.
ca°. eos. Deberet etiam puniri
depositione ⁊ infamia / si de cri
mine constaret. xv. q. iii. sane.
nec potest cum tali dispensari.
nisi per papã. i. q. i. erga. Qui
etiam non faciliter dispensat. cũ
cõmissa est simonia ex parte or
dinatoris et ordĩati / Si uero cõ
missa est ex parte ordĩatoris tm̃
puta ↄsanguineo ordinandi dãte
aliquid ordinatori ipso ordinato
ignorante. / tunc potest non ipse
epũs dispensare propter turpitu
dinem suam. sed successor eius ĩ
epãtu. uel alius ordinarius eius
si uidelicet haberet domicilium
uel beneficium in epãtu illius.
⁊ multo magis papa. i. q. i. siqs
neqȝ. ⁊ hoc ſm innocẽ. hostiẽ.
Rai. goff. ¶ Item si simonia ẽ
cõmissa tantũ ex parte ordinati
non ordinatoris. puta dante ordi
nato uicario epĩ aliquid propter
hoc. si talis nõ ministrat potest
epũs dispensare ĩ ordinib9 rite
ante susceptis. non autẽ in illo
quẽ simoniace suscepit. nec etiã
ꝙ recipiat alios ante dispensatõ
nem. ⁊ in hoc papa dispensabit
Sed et si talis ministrasset post
ordinẽ simoniace susceptũ etiã
ĩ ante susceptis nõ poterit epũs
dispẽsare. Qui uero recipit be
neficium cũ cura / ul' dignitatẽ
per simoniam / etiam si occulta
sit / idẽ iuris est ſm goff. / sicut
et de illo qui recipit ordinem si
moniace ut dictum est. quia. s.

est ipso iure suspensus. etiã quo
ad alios. ⁊ non solũ ab actibus
omnium ordinum. sed etiam ab
administratione temporali ſm
innoc. Et in tali beneficio uel di
gnitate solus papa dispensat pre
cipue quando scientibus benefi
ciatis est cõmissã. Nota tamen
ſm Uil. ꝙ cũ pene non sint ex
tendende: ⁊ ille q simoniace sus
cipit aliquem ordinem sit suspen
sus quo ad ea que sunt ordinis.
non tamen est suspensus quo ad
ea que sunt iurisdictiõis. Unde
si alias habȝ iurisdictionẽ ⁊ nũc
habet. ⁊ potest suspendere excõi
care ⁊ ab excõicatõne absoluere
⁊ huiusmodi. Qui autẽ recipit
beneficium simpliciter simonia
ce ſm Rai. est suspẽsus quo ad
se ⁊ alios ab actibus omniũ or
dinum / si simonia est notoria.
Nam si est occulta non est ipso
iure suspensus sed suspendendus
prima. q. iii. c. i. ⁊ seq. Thom.
⁊ hosti. / Et siquidẽ cõmissa est
simonia ignorante ipso beneficia
to. põt epũs dispensare cum eo
in tali beneficio post ꝙ. pure et
simpliciter ei renunciauerit. ex.
eo. de simoniaco. / ac etiã ꝙ pos
sit ministrare in ordinibus ante
et post beneficium susceptis. / et
hoc intellige si etiam epũs igno
rauit / nam si scienter contulissȝ
non ipse sed superior dispensare
posset. ar. i. q. i. c. i. Tho. Rai.
et Wil. / Si uero simonia est cõ
missa beneficiatis sciẽtibus sol9

papa dispensat. non alius. nec ī illo bn̄eficio nec in alio ſm Ul Tan. hosti. Qui vero confert ordinem vel beneficiū simōiace vel etiā qui est mediator simonie ſm Rai. si ē notoria simonia ipso iure ē suspensus. etiam quo ad alios. extra. de eo accusatum. xxxii. di. pag. verum. & solus papa dispensat. Si vero ē occulta non ē suspensus quo ad alios. arg. extra eo. et si q̄ones ca°. veniēs. idem dicitur ī directorio iuris. li°. iii. tit°. vi°. scȝ ꝙ epūs pōt dispensare in minoribus speciebus simonie ut ī predictis. & allegat goff. & hostiē. nec ob. i. q. i. erga. Quia loq̄t in dignitate. & sic etiā loquitur decre. nobis. extra. de simonia. & idem dicas de tonsura & minoribus ordinibus. quia solum in maioribus ordinibus dispensatō pape reseruatur. ut notat goff. & host. hec ille. Si vero cōmittitur simonia in aliis. ut circa exequias defunctorum in consecratione cimiterii. & vasoꝝ sacrorum in venditione crismatis in benedictionibus nubentium. et huiusmodi. in omnibus hiis epūs potest dispensare quia non est prohibitus. arg. extra de sen ex. Nuper. ſm Raim. et Ul. Quod videtur intelligendū q̄n huiusmodi simonia esset manifesta. Nam occulta non inducit irregularitatem in huiusmodi. Qui ordinat aliquem vel p̄ntat ad ordinandum qui promisit vel iurauit nil petere de illa ecclesia ad cuius titulum ordinatur. ipse quidem ordinator triennio ē suspensus a collatōne ordinū suoꝝ extra. de simo. si quis. & ipse ordinatus indiget pape dispensatione. ſm Rai. Hec autē que dicta sunt de simōia quo ad suspensionem. vera sunt ſm ea que habentur in corpore iuris. & notata per doctores. Ac etiam excōicatio lata ē contra eos. de q̄ habetur supra. c. ibi vide. De simonia autē q̄tum ad peccatum. & q̄tum ad restitutionē fructuū beneficii simoniace recepti. & dispensationē simoniace pecuñie. habes supra secūda pte titulo primo.

Notorius fornicator est ipso iure suspensus. lxxxi. dis. Si quis. & di. xxxii. preter hec Pro cuius declaratione Nota primo. ꝙ dupliciter dicitur notorium. ſm Tho. & Rai. s. notorium iuris. ut cum quis cōfitetur in iudicio. vel conuincitur de crimine. notorium Facti ē cū crimen ita populo manifestum est ꝙ nulla potest tergiuersatōe celari. Quocunq̄ȝ autē istoꝝ modorum sit notoria fornicatio clerici est suspensus quo ad se & quo ad alios. ſm Tho. Raim bar. innoc. Host. & alios. Secdō

Fornicator Notorius

Notorium iuris

facti

Nota q non solum sacerdos. sz
in quocunqz ordine constitutus
etiam in minoribus. ex notoria
fornicatōne est suspensus ab om
nibus actibus ordinuz s̄m inno.
ipso iure. quod notat Archidi.
dist. xxxii. pag̃. ad hec. Quod
probat etiam per cap. minister.
di. lxxxi. in fine. ⁊ extra. de co
habi. cle. ⁊ mulie. Uestra. ⁊ tā
diu stat suspensus q̄ diu perse-
uerat in uicio. ⁊ interim si ex
equitur officia sua. etiam semel
efficitur irregularis. ⁊ indiget
dispensatione pape. s̄m innocē.
⁊ hosti. ut notat Archid. ⁊ An-
thoni9 de butrio. Unde etiam
si cessaret a uicio. ⁊ ante dispen
satione utitur officio suo semp̄
peccabit mortaliter. q̄uis nouā
irregularitatem non contrahat
Si antem cum esset suspensus.
non executus est officia sua. idi
get nihilomin9 absolutione a sus
pensione. quā poterit facere ep̄s
s̄m innoc. Tertio nota q tal̄
debet euitari in missa ⁊ aliis di
uinis officiis. di. xxxii. nullus.
⁊ ca°. preter hec. Sed ī hoc ua
riatur opinio doctoruz. nam ali
qui dicunt q debeant euitari in
diuinis post āmonitionez eis fa
ctam. si se non correxerint. s̄m
hug. ⁊ lau. Que admonitio a
quocunqz fieri potest. s̄m hu.
sed s̄m lau. fieri debet ab ep̄o
quod uidetur uerius. probatur
per c. si qui prespiteri. d. lxxxi.
Sz alia opinio cōior est solēnīū

doctor. q̄uis archid. dicat eaz
duram q stati debeant euitari
ante quācunqz admonitionez. qr
ius suspendit eos etiam quo ad
alios. ⁊ hoc tenet Tho. Raim.
Uil. innoc. hosti. io. cal. antho.
de bu. A talibus ergo s̄m ea q̄
habentur ī corpore iuris n̄ sunt
audienda diuina. s. missa. nec su-
mēda sacramēta. nisi baptism9
⁊ eucharistia in extrema necessi
tate. ut dicitur. d. xxxii. pag̃.
Uerum. Sed bene concedunt.
Rai. ⁊ Uil. q b̄nficiis priuari
non debent. nisi post monitionē
factam a prelato. si se non corre
xerint. nam tunc ⁊ beneficiis de
bent spoliari. ⁊ in perpetuuz de
poni. Quarto nota q ideo ec-
clesia induxit suspensionez cōtra
ista duo uicia magis q̄ contra
alia. s̄m lau. quia facilius prela
ti ⁊ clerici labuntur in hec. scilz
fornicationem ⁊ simoniam q̄ in
alia. ut sic uidentes se uitari. sal
tem uerecundia temporali resipi
scant. di. xxxii. pag̃. Uerum.
Uera tamen sunt sacramenta eo
rū. quinto nota q si decretū
est factum in concilio Constan.
Insuper ad uitanduz. ⁊ce. de q°
habes supra in fi. de minori ex-
cōicatione. non tenentur fideles
uitare sacramenta concubinario
rum aut diuina eorū. nisi post q̄
fuerint per prelatos denunciati
publice. s. q euitentur.

SUnt ⁊ alii casus in quibus
quis incurrit suspensionem
uel simpliciter. uel secũdũ quid
id est quia priuatur collatõe uel
executione alicuius ordinis uel
ministerii per aliquod tempus.
⁊ primo epũs qui ordinat alienũ
clericum sine licentia sui epĩ uel
superioris sciẽter seu affectata ig
norantia. per annũ est suspensus
a collatione ordinum. ⁊ interiꝫ
clerici sui absqꝫ ipsius licentia.
possunt a uicinis epĩs ordĩes re
cipere. extra. de tempor. ordi.
eos. li°. vi°. Per quam decre. re
probatur opinio dicentium. ꝙ
ordinare poterat alienuꝫ sub spe
sperate habitionis. ⁊ ĩtelligitur
superior in hoc casu epũs de cu
ius diocesi iste qui uult ordĩari
est oriundus. uel in cuius dioc.
officium ecclesiasticũ habet. uel
ubi habet domiciliuꝫ licet alibi
natus fuerit. Inferiores autem
prelati siue religiosi siue alii nõ
possunt talem licentiã dare. nisi
haberẽt a sede apostolica qualr̃
possint subditos a quo uolnerĩt
facere ordinari. item non potest
talem liñam dare officialis epĩ
Sed epõ in remotis agente. ui-
carius eius generalis in spiritua
libus. seu sede uacante capitulũ
seu is ad quẽ tunc administratõ
spiritualium pertinet. possunt li
centiam dare. Religiosi quoqꝫ
a suis prelatis in non exemptis
prioratibus deputati. priores ⁊
eoruꝫ socii possunt a diocesanis
locorum ꝙ diu ibi morantur li
cite ordinari. licet ñ sint de eoꝝ
diocesibus oriundi. Hec omnia
de tempo. ord. c. nullus. li. vi°.
Predicatores autem ⁊ minores
in hoc sunt priuilegiati a sede a
postolica ut scꝫ ualeant a quibus
cunqꝫ epĩs suos subditos facere
ordinari. ipsi autem sic ordinati
scꝫ ab alieno epõ. sine licentia ꝓ
prii prelati fꝫ Rai. priuãtur ab
executione ordinis recepti. Sed
potest cum eis epũs dispensare
in hac suspensiõe. ix. q. ii. lugdu
nensis. extra. de tempo. ord. ꝙ
translationem. ¶ Epũs uel quis
alius conferens tonsuram cleri-
calem infanti. nisi forte religiõꝫ
intraret. uel illitterato. uel hõi
aliene diocesis sine licentia. uel
cõiugato nisi uolenti religioneꝫ
intrare. aut ad sacros ordines ꝓ
moueri. quãdo scilꝫ de iure põt
est suspensus per annum a colla
tione tonsure tantum. extra. de
tempo: or. nullus. li°. vi°.
¶ Patriarche. Archiepĩ. ⁊ epĩ lo-
cantes uel alio titulo concedẽtes
aliquam domum usurariis alie
nigenis ad fenus exercendum.
ipso facto suspensiõeꝫ incurrunt
extra. de usuris. ꝙquaꝫ. li°. vi.
Et similiter si permittũt ꝙ usu-
rarii alienigene. s. nõ oriũdi de
terminis ipsorum locoruꝫ publice
usuram exercentes uel exercere
uolentes habeant domos cõduc
tas. seu alias habitant in terris
suis. i. eorũ iurisdictõi subiectis

